

Bibliothèque numérique

medic@

**Celse / Paaw, Pieter. A. Cornelii Celsi
de Re Medica liber octavus. ejus
priora quatuor Capita Commentariis
illustrata a Petro Paaw**

*Lugduni Batavorum : Apud Iodocum a Colster, 1616.
Cote : 5918x02*

A.
CORNELII CELSI
DE
RE MEDICA

liber octavus.

*Ejus priora quatuor Capita Commentarijs
illustrata*

à
PETRO PAAVV.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud IODOCUM à COLSTER,
Anno c1o 1o cxvi.





Neposueram finem Hippocrati Græco. Latinus tum se offerebat, Cornelius Celsus inquam, scriptor egregius. Is inter alia operis sui libro postremo, de Ofsibus eorumq; agit affectibus. Videbam ibi plura, quæ lucis non parum Hippocratico huic Tractatui adferre possent, quum eandem rem ex instituto tractet. Consultum ob id duxi, dicti libri priora capita subungere. quæ non uno loco à mendis purgavi, obscura explicui, controversa dissolvi. Tu lector fruire, Celsique quæ hisce Commentarijs citavi loca, nunc conjunctim unoque intuitu à me habeto. id insuper certus, hæc si placere intellexero, daturum me operam, integer uti Celsus, hac ratione explicatus, locisque plurimis emendatus, prodeat. Vale.

AVRE-

INVDVATV BATAVORVM
 ANNO DOMINI MDCCLXXV
 Anno dno 1675

A.
CORNELII CELSI
DE
RE MEDICA

Liber octavus.



ELSI, Medici & Rhetoris
insignis. sic est, non fuit
Author hic aut haberi de-
bet gregarius, ut qui cum
medendi usu conjunctam
solidam habuit eruditio-
nem. Scripsit varia, quo-
rum nonnulla temporis injuriâ perierunt.
testis Columell. lib. 1. 1. *non minorem laudem ce-
meruerunt nostrorum temporum viri, Cornelius Cel- ce
sus, & Julius Atticus. Quippe Cornelius totum cor- ce
pus disciplina quinque libris complexus est. Hic de ce
unâ specie culturae, pertinentis ad vites, singularem ce
librum edidit.* Etiam Quinctilianns lib: 10. ce
Cap: 1. *Scripsit non parum (in arte Rhetoricâ ce
nempe) Cornelius Celsus, Scepticos secutus; non ce
sine cultu ac nitore. Superstites verò sunt octo ce
hi quibus de Re Medica, titulum fecit, libri.*
Vixit temporibus Tiberij, Caligulae, Clau-
dij & Neronis, quod fuit ab anno nativitatis
M m Christi

Christi 28. ad 60. annis circiter centum quin-
 quaginta ante Galenum. Coætaneus fuit Co-
 lumellæ, Senecæ, aliorumque virorum cele-
 brium. Professione Scepticum fuisse dixit
 Quinctilianus. quæ secta utinam hoc ævo
 reliquias suas ostenderet. Fuisse etiam præ-
 stantem medicum, Anatomicum, Chirur-
 gum, hi ejus libri testantur abundè. Cujus
 dictio adeo pura ac nitida, ipsum uti Plinium
 mihi superare videatur. Hippocratis scripta
 tanti fecit, passim uti latinis verbis eum lo-
 quentem in Celsi scriptis audias: nec id ab-
 simili stylo. inde hujus ævi viri docti, Hip-
 pocratem Latinum, Romanum Hippocra-
 tem eum vocant.

CAP. I

*De Positu & Figura * totius humani Corporis.*

De situ & forma Oeconomix
 humanæ.

* Ossem in-
 terierunt
 nonnulli,
 ejus Exem-
 plaris fidè,
 non vidi.

Superest ea pars que ad ossa pertinet, que quo-
 facilius accipi possit, prius positus figurasque eo-
 rum indicabo.

Absolvi inquit, eorum affectuum descri-
 ptionem, reliquo quæ accidere corpori fo-
 lent;

lent; tempestivum nunc ea quoque vitia tangere non nisi ossibus quæ eveniunt, uti sunt fracturæ, caries, dislocationes.

Igitur ^a Calvaria incipit, ^b ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, ^c utrimque lævis, & quæ cerebri membranam contegit, & quæ cute capillum gignente contegitur.

^a Calvaria, (quod calvitiei fit causa sic dicta) latè & arctè sumitur. Significatione latiore, universum significat caput osseum, quod κράνιον græci. Strictè, convexam tantum ejus partem; quæ à figurâ κούρη & σκιάφιον iisdem.

^b Tanta ei cavitas, quanta cerebri moles, Hipp. * alibi hujus cavitatis respectu cucurbitæ caput comparat, indeque (lienem † addit) omnium maxumè morbis obnoxium affert. græcis inde κεφαλή, ἀπὸ τῆς κορυφῆς αὐτῆς, à cavitate, dicitur.

* 4 de mor-
bis
† eodem lib.

^c Per lævorem, glabritiem, æqualitatem, à quâ omnis abest asperitas ac inæqualitas intelligit. ἐμείλιχον vocat lib: jam explicato Hip: Quæ cerebri membranam tegit, talis esse debuit, ne aspera si foret menynge[m] offenderet: quæ cute capillum gignente, ne pericranium.

M m ij

Eaque

Eaque simplex ab occipitio & temporibus, duplex usque in verticem à fronte est.

Occipitis, & Temporum ossa simplicia dicit, hoc est futuris non divisa (nisi ludente subinde naturâ, uti videre est de Vulner. Cap: pag: 56.) incipiendo verò à fronte pergen- doque per verticem, duplicem eam reddit sagittalis futura,

^a *Ossaque ejus ab exterioribus partibus dura, ab interioribus, quibus inter se connectuntur, molliora sunt.*

^a Ossa plurali vocat voce, duas quibus calvaria constat tabulas, quarum respectu dicit cranium Hippocrates. Harum superficies externas, (quarum una menyngem, pericranium altera respicit) duriores dicit internis, quibus nempe medullam interpositam tangunt; nam emolliuntur illa loca à medullâ humidâ.

Interque ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare a credibile est.

Meditullium inter duas tabulas medium (è quo nonnulli tertiam fingunt tabulam) substantiâ constans telis aranearum, aut apum favo simili, multa habet punctula protuberantia, quæ compressa sanguinolentam fundunt

fundunt medullam. Hæc ita Hipp: καὶ ἔχει τὸ «
 ὀστέον ἐν ἐκείνῃ ὁμοίαν σαρκίαν πολλὰ; ἐν δὲ ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ φλε- «
 βία λεπτότερα καὶ κοιλότερα, αἱματώδης πολία: Et habet os «
 cranij multas carunculas: sunt etiam in osse venulae «
 tenues & canæ, sanguinis plena. Hæ illæ sunt ca- «
 runculae, è quibus interdum præ valido in-
 caput incidente ictu sanguis expressus ac pu-
 trefcens, os corrumpit, multorumque malo-
 rum existit causa, nullâ interim in osse neque
 fissurâ neque fracturâ apparente. Carunculas
 illas, unâ cum duabus tabulis depictas exhi-
 bet pag: 33. de Vuln. Capitis.

Credibile est. imo certissimum. est nam-
 que medulla proximum ossium nutrimen-
 tum. Luxuriat autem præter solitum in hisce
 ossibus medulla, quæ causa inflammationi
 opportunum reddit cranium.

*Rarò autem calvaria solida sine suturis est, locis
 tamen a æstuosis facilius invenitur.*

Suturis distinctum esse caput, neminem
 latere potest. Quorum usus, ad fuliginum
 effluuium, membranosorumque filamentorum
 è durâ menynge, perioftion producente,
 trajectio.

*Author Herodot: lib: 9. in Platænsi
 strage caput nullâ prorsum suturarum com-*

M m iij missurâ

missurâ repertum. Cui succinerre videtur Arratus: πολλὰ δ' ἄρραφές κεφαλαὶ πύγεν ἀθροάμισι. *Capitum pleraque hominibus citrà suturas compacta sunt.* Arrianus, æthiopum crania futuris nullis laxa prodidit. Notat & hoc loco Celsus; locis æstuosis facilius ejuscemodi inveniri crania asserens.


Et id caput firmissimum atque à dolore tutissimum est: ex cæteris, quo sutura pauciores sunt, eò capitis valetudo commodior est.


Paradoxologus hic videtur Celsus. reclamat tota Antiquitas; refragatur ratio, naturæque institutum; ut quæ suturas frustrâ non fecit. Nî sic interpretari Celsi verba velimus, minus externis obnoxios esse injurijs quibus ἄρραφές cranium. Quo enim magis cranium compactum, eò externis lædentibus minus ad cerebrum patet aditus.

** lege etiam. Neque * enim^a certus earum numerus est,^b sicut ne locus quidem.*

^a Certus non est futurarum numerus, respectu Scriptorum hac de re contendentium. Sunt namque, qui squamosas à futurarum numero excludant; At in naturâ, regulariter ac ordinariè agente, certus est. Est namque coronalis, sagittalis, lambdoides, squamosæ, & illæ quas jam Celsus describet.

¶ Nam sagittalis stationem suam non infrequenter mutat, & per mediam frontem ad nares etiam per medium occiput, ad spinæ initium usque excurrit. Sunt & quibus peculiare futura; quod ipsum prope os occipitis observavi non semel. vide sequentes figuras.






*Ferè tamen dua super aures, tempora à superiore
capitis parte discernunt.*

Squammofas five mendofas innuit, cir-
cumfribentes Temporum offa, eaque ab
ofsibus fincipitis feperantia.

Tertia



Tertia ad aures per verticem tendens, occipitium à summo capite diducit. Lego; tertia ad latera per verticem tendens. Nam describit vocatam lambdoidem, quæ occiput cingit. Hæc autem statim post verticem angulum suum ostendens, inde in diversa abit ad latera. Vide Tabulam osteolog: pag: 91. licera d. b.


Quarta, ab eodem vertice per medium caput ad frontem procedit, eaque modo sub imo capillo desinit; modo frontem ipsam a secans inter supercilia finitur.

motusiv

N n


Sagit-

Sagittalis & Recta dicta est quam hic describit. Ejus varietatem sequentes exhibent picturæ.



Idipsum in solis qui fieri putant fæminis, falluntur. Naturæ, liberè & pro suo arbitrio agentis, lusus est. Falluntur & ij, qui existimant hanc ad nares excurrentem delere cavitationem

vitatem quam ad narium radicem ostendit frontis os; uti & tales omnes simos esse. Contrarium ostendit autopsia, diluendis controversijs Anatomicae legislatrix fidissima.



Ex his ceterae quidem suturae in a unguem committuntur. Haec vero quae super aures transverse sunt, totis
N n ij, oris

orū paulatim extenuantur; atque ita ^b inferiora ossa superioribus leviter insidunt.

^a Pectinatim se invicem ingrediuntur futurarum ope quæ junguntur ossa. ratione non multum à gynglymo differente, nisi quod ibi motus ossibus maneat.

^b Sunt Petrosa ossa inferiore sita loco quàm fincipitis; ut quibus leviter *assident*. (sic lego,) hoc est accumbunt.

^a *Crasissimum* verò in capite os post aurem est, quia ^b capillus, ut *verisimile est*, ob id ipsum non gignitur.

^a Credo solidissimum, robustissimum dicere voluisse. Quid enim? adeo tenue est petrosum os, etiam transparens uti sit. at densum, & petrae instar (unde petrosi vox ei tributa) firmum. Crassitie verò ab osse frontis, fincipitis, occipitis longè superatur.

^b Densitas ossis partim, partim cerumina in causâ sunt.

Sub his quoque ^a *musculis qui tempora* ^b *conne-*
ctunt, os medium in ^c *interiorem partem inclinatum*
positum est.

^a Temporalibus.


^b Nonnulli *contegunt legunt*, vox Celso minus familiaris.

2170

ii n V

^c De

De Iugali cum loqui putant quidam.
non assentior. Causa mihi gemina: non e-
nim illud os sub musculis est, verum illis im-
positum: tum & paulo post ex instituto Iuga-



N n iij

lede

le describitur hoc eodem capite. De quarto processu ossium petrosorum eum loqui arbitror, cui auditus organum insculptum, illud autem in interiore parte inclinatum est, ita ut conspici nisi ablatâ calvâ nequeat. quem dico processum præcedens exprimit Figura littera c.

At facies^a futuram habet maxumam, que à tempore incipiens, per medios oculos narsque transversa pervenit ad alterum tempus. A quâ^b breves duæ sub interioribus angulis deorsum spectant. Et^c mala quoque in summâ parte singulas transversas suturas habent. A^d medijsque naribus aut superiorum dentium gingivis per medium palatum una procedit^e aliaque transversa idem palatum secat. Et suturæ quidem in plurimis hæ sunt.

^a Hæc est quam futuram octavam Celsus alijque faciunt, secernens frontem à reliquâ facie. Nam illa ab altero osse petroso incipiens transversa transit per narium radicem, utriusque oculi fossam, terminaturque petroso opposito.

^b Circumscribunt hæ ossicula in majoribus oculorum angulis conspicua, quibus insculpta rima per quam præposita glandula lachrymarum materiam in nares transmittit.

-ebel

iii n 11

tit. quâ exesâ, fit ægilops, faciei ulcusculum.

^c Loquitur de futuris separantibus os jugale à malarum ossibus in ipsâ facie, loco maxumè protuberante.

^d Inconjugata hæc futura (si non potius harmonia vocanda) in palato valde conspicua, separat palati ossa, excurrens à risorijs dentibus ad transversa palati ossicula. vide Tabulam osteologiæ pag: 49.

^e Hæc transversa harmonia, cujus mentionem jamjam feci, dicata septimo octavoque superioris maxillæ ossibus, conspicua Tabella, jam citata.

^f At coronariam non descripsisti, nobilissimam; quæque neminem quum lateat, omnino existimo nonnulla hic perijisse.

^a Foramina autem intra caput maxuma oculorum sunt, deinde ^b narium, ^c tum quæ in auribus habemus. Ex his quæ oculorum sunt, ^d recta simpliciaque ad cerebrum tendunt.

^a Speciosè licet neotericorum nonnulli discrimen faciant inter Fossam, Sinum, Foramem, vides eos Authore Celso non loqui. Quid enim, ille oculorum thalamos foramina vocat, quod illi non dixerint.

^b Narium foramina bifida, ascendunt ad

ad ethmoides os usque, ab eo descendencia terminataque gutturis capacitate. Per nares prodire quæ ore continenter quotidie cernimus, quod per hæc fit foramina.

^c Constituentia auditorium meatum. Multo tamen capacius quod occiput ostendit foramen.

^d Præbent hæc nervis opticis aditum.

Narium duo foramina ^a osse medio discernuntur. Siquidem ^b hæc primum à supercilijs angulisque oculorum osse inchoantur, ad tertiam ferè partem, deinde in cartilagineam versa quò propius ori descendunt, eo magis ^c carunculâ quoque molliuntur.

^a Est hoc mihi undecimum maxillæ superioris os, verè narium diaphragma; tangens parte unâ colatorium os, alterâ palato insistent. habet hoc utrimque rimam, squamâ osseâ tectam, transeunti pituitæ dictam. Coëunt hæ, simplexque faciunt foramen, habens rimæ ideam, anteriore palati parte ubi incisoriij dentes.

^b Tribus partibus nasum constare dicit, osseâ, cartilagineâ, carneâ. Os & cartilago faciunt, semper uti nares pateant, ne aëri cerebrum petenti unquam denegetur aditus. Ideo namque Respirationem illam naturalem vocant medici.

^c Alas

^c Alas narium vocant; quas præter consuetudinem, in ijs animam qui agunt, flabelli instar moveri cernimus.

Sed ea ^a foramina, quæ à summis adimas nares simplicia sunt, hi rursus in bina itinera dividuntur. Aliaque ex his ad fauces pervia spiritum & reddunt & accipiunt; alia ad cerebrum tendunt. In ^b ultima parte in multa ^c tenuia foramina dissipantur, per quæ sensus ^c odoris nobis datur.


^a Describit jam bifida ab intermedio diaphragmate discreta foramina, alia descendia, ascendia alia, quæ unicuique inquirenti satis apparent, & quorum jam à nobis facta mentio.

^b Hæc sunt ossis Cribriformis foramina, per quæ aër secum ferens odoratus materiam, processus mammillares nervosq; petit odoratorios: tum & destillans mucus, in nares se præcipitat. Ejus ossis en hic iconem.

^c Ita est. At quo pacto odoris sensum accipit cerebrum, tum & aërem ad respirandum, quum cribriformis ossis foraminula oppleta visuntur? dixerim, per foraminula palati. Quod tamen dicam licet, non assero tamen.

○ ○


In aure



In aure quoque primò a rectum & simplex iter procedendo b flexuosum fit, quod ipsum juxtà cerebrum in multa & tenuia foramina diducitur, per quæ c facultas audiendi est.


a Rectus simplexque manet auditorius meatus donec occurrat tympani loco, ibi tria offendit ossicula menyngem firmantia, quæ malleo incudi, stapedi comparari solent.

b Tym-



^b Tympani ablatâ membranulâ multæ occurrunt cavernulæ squammulis osseis discretæ. Plenę hæ sunt purissimis ac elaboratis animalibus spiritibus, tympanum tendentibus, quòd superficie oppositâ ab aëre verberatur.

^c Materiam illius facultatis intelligit: audiendi namque facultas, hoc est vis sonos distinguens, ab ipso pendet tympano.



O o ij

Iuxta

Iuxta ea a duo parvuli quasi sinus sunt, superque eos finitur os, quod transversum à genis tendens ab inferioribus ossibus sustinetur, jugale appellari potest, ab eadem similitudine, à quâ id græci ζυγῶδες appellant.

a Sunt ij sinus, quibus se rotundis infinuans processibus inferior maxilla, instar cardinis movetur; insculpti ossi petroso ad radicem ossis iugalis prope auditorium meatum. Quo loco etiam conspicui sunt stylo, & vaccino uberi comparari soliti processus.


Figura II.

ii. Sinus maxille recipiende dicati.

ii. Processus a vaccini uberis similitudine Mamillares vocati.

b Aut quod faciei ossa reliquo capiti jungat; aut à figurâ, quia jugum non ineleganter refert. Maximi usus hoc os, propugnaculi præbens officium temporalis & masseteris musculorum tendenibus. Cujus picturam vide citata jam Figura e. tum & sequente icone. d.

Maxilla



Maxilla verò est ^a molle os, eaque ^b una est, cu-
jus eadem ^c media ^d etiam ima pars ^e mentum est,
^d à quo utrimque procedit ad tempora, solaque ea mo-
vetur.


O o iij

• Forte

a Forte respectu copiosæ, quâ prædita medullæ, hoc dicit. Nam Gal.ii. us. Part. c. 18. durum solidumque asserit maxillæ os. Sicq; oportuit, ob fortes quos loquendo ac mandendo sustinet motus.

b In adultis, oblitterata in mento harmonia, duas maxillæ partes per synchondrosin jungente, unica est.

c Aristoteles. i. Hist: Anim: Cap: ii. μέντοι Μέντον, vocat; anteriorem maxillæ partem, ubi compressa ea paulum visitur, cuique incisoriij dentes infixi. Ita etiam Ruffus Onomas. lib: i. Cap: 7. Dividi maxilla in mentum, ipsum corpus, & processus solet.




Temporum ossibus se jungit, articulata rotundis suis capitellis eorum ossium sinibus ad radicem zygomaticis. Hocque monet lib:

lib: de Vulner: Cap: Hipp: hanc nimirum
syntaxin periculofiora facere temporum vul-
nera.

e Per se inter omnia capitis movetur ossa
maxilla, si os hyoides addas; nam & ei arbi-
trarius motus, ut quem muscoli perficiunt.


a Nam a mala cum toto osse quod superiores den-
tes exigit, immobiles sunt.

a Superiorem maxillam intelligit. illa in
homine, secus ac in crocodilo ac psittaco,
per se immobilis. Constat autem pluribus
ossibus quæ Author non tangit; narium duo
(vide figuram pag: 38. dd.) in majoribus o-
culorum angulis figura pag: 49. littera p. in
naribus tria. duo genarum, eadem figurâ. l.
ad finem palati duo. ibidem t. Ethmoides
pag: 73. os Cuneiforme, exhibitum sequen-
te figurâ.



Adde

asbioytleo sbb4



Adde os Hyoides.

Hæc

Hæc ossa unà cum dentibus, quos jam Au-
thor describet, superiorem vocatam consti-
tuunt maxillam.

*Verum ipsius maxillæ partes extreme quasi a bi-
cornes sunt. Alter processus intra latior, vertice
ipso tenuatur, longiusque procedens sub osse jugali su-
bit, & super id temporum musculis illigatur. Alter
brevior & rotundior, & in eo sinu qui juxta fora-
mina auris est, cardinis modo fit: ibique huc & il-
luc se inclinans maxillæ ^b facultatem motus præstat.*

^a Quatuor processibus donata maxilla est,
quorum duo acuminati, obtusi duo. Acumi-
nati *καρῶναι* Galeno, os jugale subeunt, ibique
tendinibus musculorum, maxillæ motui dica-
rorum, operam suam navant. Obtusi, volu-
tantur in Petroforum ossium sinibus. vide
picturam ejusq; explicationem pag: jam ci-
tata 74.

^b Sunt qui *facilitatem* non *facultatem*.
placet recepta lectio.

*Duriores osse dentes sunt, quorum ^a pars maxil-
le, pars superiori ossi malarum hæret.*

Dentes quasi edentes, à voce græcâ *ἔδα*
nomen acceperunt. Hos substantiâ constare
ossibus quibus inhærent duriore asserit. Sicq;
est, partem cui magis densa compactaque
P. p. quam

quam dentium consistentia in corpore non reperias. Plinius lib: 16. Cap. 7. flammis indomitos, ignibus invictos ob id dicit. Idem lib: 36. Cap: 17. cadavera sarcophago inclusa absumi intrâ quadragesimum asserit diem, exceptis dentibus. invictæ duritie iudicio.

^a Totidem numero in superiore quot in inferiore conspiciuntur maxillâ, nimirum utrimque sedecim.

Ex his quaterni primi quia secant, ^a πρυκτοὶ à grecis nominantur; hi deinde quatuor ^b caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Ultra quos utrimque fere ^c maxillares quaterni sunt, præterquam in his in quibus ^{*} tres ultimi qui serò gigni solent, [†] non increverunt.

* Quir tres? Delenda hæc vecula.
† Jam increverunt. Ita omnino legendum arbitror.

Quadripartitò dividi dentes ab osteologis solent, in Incisorios, Caninos, Molares, Genuinos. Incisorij quatuor (quod de una dico maxillâ etiam de alterâ dictum est) Canini duo: Molares octo: duo Genuini.

^a Incisorios ac si dicas, ab usu; a numero Quaterni; à loco Primores; quod nobis ridentibus, diductis labijs, præ alijs se ostendant, γαλάσιοι Risorij. Hi ad articulatam faciunt enuntiationem quâ de re Plinij videatur locus. 7. Cap. 16.

^b Κυνόδοντες a figurâ acutâ græcis, Mordentes,

Fractorij iidem ab usu. à positu Collaterales. Etiam Columellares, quod hisce dolentibus frequenter in consensum Columella trahatur. Oculares quoque, quòd qui superiore maxillâ, peculiarem cum oculis habeant consensum. videatur etiam hanc ad rem Plinius lib: 7. Cap: 12.

^c Quòd majorem maxillarum partem occupent sic dicti, sunt namque in utroque utriusque maxillæ latere quatuor. Etiam, idq; communiter, Molares à latâ figurâ molari- bus lapidibus simili.

^d Quia serò gigni solent inde Serotini Scriptoribus. Notavit namque Hipp. quarto quaternario hos interdum enasci. Etiam Genuini, quoniam raro antequam genuinam homo attigerit etatem prodeant. inde dentes etatem complentes. Et σοφωνισήρες, Sapientiæ dentes; eâ quòd se ostendant etatis parte, sapere quâ homo debeat.

Ex his ^a priores singulis radicibus, ^b maxillares utique binis, quidam etiam ternis ^c quaternisve nuntur.


^a Tam incisforij quàm canini. rarum namque est caninum duabus præditum esse radicibus.

P p ij

^b Vastio-

^b Vastiores namque reliquis firmitus radicari debent. Notatu dignum, maxillares superiores, eos quos inferior habet maxilla, unâ semper radice superare. credo, quia illi penduli.

^c Ternis præditi radicibus multi conspiciuntur molares ast, rarum admodum dentem quater radicatum videre.



*Ferèquè ^a longior radix breviorẽ dentem edit,
^b rectique dentis recta etiam radix, curvi flexa est.
^c Ex eadem radice in pueris novus dens subit, qui multo sæpius priorem expellit, interdum tamen supra infrave eum se ostendit.*

^a Radice dentis alimentum absumente.

^b Si ossibus maxillarum (quæ *φάσγία* peculiariter

liariter græcis) dentes inherentes, mortariola (*Βότρυα* græcis) sibi faciant recta, exferit se recto ductu dens; sin aliter, fecus.

c Puerorum dentes appendicibus præditi sunt, quæ nondum dentibus coaluerunt. Si itaque dens à suo solutus appendice proci- dit, ex eadem alius producit: sin cum epi- phyfi labatur dens, renasci non cernes. Vi- de picturâ dentium jam exhibitâ, Chara- cteres c. c.

Caput autem spina excipit. Caput dorso (sic dicto quia deorsum extendatur) impositum. Constat ossium 34 inter se cathenatione; quæ Spina Osteologis, à spinosis quibus ar- mata visitur processibus. Hujus primæ ver- tebræ articulatur duobus locis caput, exci- piens binis occipitis ossis processibus ejus totidem sinus, sicque cum primo hoc osse rectis motibus movetur caput. Dentifor- mem verò tangens vertebræ secundæ pro- cessum, in eo circumagitur.

Ea constat a vertebra quatuor & viginti.

Sacri ossis ac coccygis partes si non con- numeres. sunt alias 34.

a Ossicula spinam facientia, à perenni ac pene nunquam cessante motu conversione-

P p iij que

que, Vertebrae dicuntur. Eodem respectu
græcis σπονδυλοι.


^a Septem in cervice sunt, ^b duodecim ad costas,
reliquæ quinque sunt proxima costis.

^a Quæ inde cervicales Osteologis. Harum
prima peculiari voce Πιστροφειδς græcis. Secun-
da ὀδους Hippocrati, à processu dentiformi.
Septima αἰτλας, Hippocrati καὶ ἐξοχλὴ, μέγας.

^b Quarum singulis binæ articulantur co-
stæ, indeque in situ vitium accipientes, gib-
bositate thoracem deformant, perpetuæ in-
valetudinis, ne dicam mortis causam non
rarò adferentes. Vide Aph: 36. 6. Harum
duodecim quæ ordine prima ἀσφαλεία græcis:
secunda μαχαλίσηρ: postrema ἀφζώσηρ.

^c Hæ Lumbales vulgo dictæ, cæteris va-
stiores multo, utpote ijs basis loco suppositæ.
Harum prima, quod ei renes accumbant,
græcis νεφρίτης; quinta ἀσφαλίτης, quasi tutam à
sacro osse stationem accipiens. Harum se-
riem, quæ sequitur exhibet figura.

He



*He ateretes brevesq; ab utroque latere processus
duos*

* lego exse-
runt.

† lego, ea.

* per via le-
gendum
causae.

duos * exigunt : b mediæ perforatæ, qua spinæ medul-
la c cerebro commissa descendit, † d circa quoque per
duos processus tenuibus carvis * pervia, per quæ à
membranâ cerebri similes membranulæ deducuntur.

a Septem donatæ sunt processibus verte-
bræ, duobus ascendentibus descendentibus
totidem, quibus sibi invicem per gyngly-
mon articulantur. transversis duobus, quibus
musculi spinæ dicati motibus nectuntur,
& in thorace costæ. Spinoso itidem, parte
posteriore, uno.

b Foramen singulæ habent amplum satis.
Omnium vertebrarum foramina sibi invi-
cem juncta, insignem illam, quaque major
in corpore non reperitur, constituunt fistu-
lam, quam amplitudinis respectu *ἰσὸν σπίνης*
Hippocrates, medullæ spinali destinatam.

c Sic est maxime Celsæ, non est cerebro,
quod nonnulli puerili errore putant, conti-
gua medulla spinalis, sed continua. nimi-
rum natura cerebrum è cranio producens in
oblongum fingit processum spinam, ad cru-
rum usque initium se extendentem. Autopsiæ
fidem derogas? docebit te epilepsia, apople-
xia similesque affectus. Hos namque cere-
brum affligere non ignoras. at dic quæso,
quor

quor in Epilepsiâ non solum cerebrum, verum uniuersum conuellatur corpus? quor apoplexia uniuerso corpori sensum motumque auferat? partium continuitate hæc fiunt.

Textum hic non parum corruptum esse quis non uidet? apertior ut sit sensus legendum censeo: *Ea quoque per duos processus tenuibus cavis peruia, per quæ à membranâ cerebri similes membranula deducuntur.*

Ea, spinæ medulla nempe. Per duos processus, membranofos, à membranis cerebri productos. tenuibus cavis peruia; duabus fistulis, ab intermedijs processibus membranofis separatis peruia; quos ventriculos medullæ meus de spinali medullâ tractatus uocat.

Author hoc paragrafo notat constitutionem medullæ internam, quam dicit dirimi à menyngibus cerebri in duo latera. Sicque est, ventriculus cerebri quartus iunctus medullæ initio, per ejus excurrit longitudinem, reddens eam fistulosam. Illam fistulam fecernunt in duo latera membranæ à cerebro descendentes, ita ut duos ostendat ventriculos medulla. hæcque hemiplegiæ causa.


Omnèsque vertebrae, exceptis tribus summis, a superiore parte in ipsis processibus parum desinentes

scilicet

Qq


sinus

*sinus habent, ab inferiore alios deorsum versus pro-
cessus exigunt.*



**De superficialijs loquitur sinibus, quibus
ascen-**

ascendentes descendentesque vertebrarum
præditi processus. nam hisce seinvicem exci-
piunt. utque facilius esset motus, loca hæc
oblita mucilaginis lentæ viscidæque intus,
quæ absumentæ volubilitas illa vertebris eri-
pitur. inde enim filicernij fiunt, uti sequens
exhibet pictura. quæ & processus ossis occi-
pitis, notatos A. & sinus primæ Vertebrae B.
insignitos exhibet.




Summa igitur protinus caput sustinet, b per duos sinus exceptis exiguis ejus processibus. Quo fit, ut caput sursum deorsum versus tuberibus exasperetur.

a Prima & secunda vertebræ capiti junguntur; illa locis duobus, uno hæc, quod paulo ante monitum.

b Sinus hi in primâ vertebrâ conspicui. Processus utrimque adstant magno occipitis foramini, sicuti hæc exhibet figura.

Sinus verò primæ vertebræ, sicut & denti-formem secundæ processum, tam separatim quam una cum primâ expressum, conspicuè proponet sequens figura.



vult vocula *sursum*? cum deorsum versus processus solummodo exserat caput. Lego itaque: *quo fit ut caput deorsum versus tuberibus exasperetur*. Nisi de dentiformi processu, qui sursum erigitur eum loqui velimus. at is non est capitis processus. Processus porro deorsum exsertos jam exhibita refert figura.

Secunda superiori parti inferiore. quis sensus? nullus sane. lego, *secunda superiori parti inferioris*. ut mens, sit secundam vertebra jungi superiori parti inferioris vertebræ. nulla tum obscuritas.

Quod ad a circuitum pertinet, b pars summa angustiore orbe finitur. c itaque superior summe circumdata, in latera quoque caput moveri finit.

^a Ad orbicularem capitis motum; nam in vertebrâ primâ movetur non nisi rectis motibus caput.

^b Summa pars processus dentiformis secundæ vertebræ: nam illa in acumen desinit, quo occipitis ossi jungitur. Illud dicti processus acumen proponit jam data figura.

^c Caput circumdatum seu orbiculari motu agitur in vertebrâ secundâ, permittit eadem vertebra illud in latera moveri, sed in primâ vertebrâ.

Q q iij

Tercia

Tertia eodem modo secundam excipit. quo à secundâ excipitur nempe.

Ex quò facilis cervici mobilitas est. quæ res facilem confert cervici motum:

Ac ne sustinere quidem caput posset, nisi utrimque ^a recti valentesque ^b nervi collum continerent, quos ^c κεφάλαια græci appellant. Siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus, ultra prolabi superiora non patitur.

^a Quid si loco recti, lecti legamus. apertior fuerit sensus, quum nulli sint in collo nervi recti vertebrae inter se neccentes.

^b Per nervos intelligat necesse est ligamenta sibiinvicem vertebrae arctè neccentia. Notum namque est nervi vocem triplici sumi apud medicos significatu: pro nervis propriè sic dictis: tendinibus: ligamentis. neque primi, nec secundi collum continere si sive vertebrae jungere possunt, quum ligamentis illud conveniat. Author tamen tendines intelligere videtur, uti sequentia ostendunt verba.

^c Ita Rhodiginus legit. malim cum Barbaro ^{κεφάλαια}. nam de musculorum colli tendinibus eum loqui quæ sequuntur satis innuunt. Siquidem horum inter omnes flexus alter
semper

semper intentus, ultrà prolabi superiora non patitur.

Iamque vertebra tertia, tubercula quæ inferiori inserantur excipit. Cæteræ^a processibus deorsum spectantibus in inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrimque habent, superiores accipiunt: ^b multisque nervis & multa ^c cartilagine continentur. Ac ^d sic uno flexu modico in promptu dato, cæteris negotijs homo, & rectus insistit, & alioqui ad necessaria opera curvatur.

^a Quotquot sunt, omnium articulatio fit per ascendentes descendentesque processus. Nam gynglymi quædam est idea qua vertebrarum spinæ fit syntaxis.

^b Nota nervi voculam, nam eâ fuit paulo ante eadem usus significatione: intelligit autem nervea ligamenta vertebrarum syntaxi tributa ad firmiorem nexum.

^c Interior processuum ascendentium descendentiumque superficies obducta est substantiâ cartilagineâ molli admodumque lubricâ, ad faciliorem motum. Hac absuntâ induratave, adnasci sibiinvicem vertebræ solent. vide paulo ante positam figuram. pag:38.


^d Articulatio vertebrarum firma adeo existit, omne motus genus absque tamen dislocatione spinæ peragere uti homo valeat. Videre

dere nonnullos est, corpus per circulos mirâ
trajicientes agilitate. alios spinam adeo in-
curvare capite uti calces aut tibias tangant.
alios nescio quas peragere gesticulationes,
vix uti ceræ sequacior videatur natura. Hæc
absque certâ vertebrarum dislocatione fieri
non possent, nisi firma eorum foret articu-
latio.

*Infrâ cervicem verò summa^a costa contrâ^b hu-
meros sita est. inde^c undecim inferiores usque ad
imam pectus perveniunt, d Hæque primis partibus
rotunde & leviter quasi capitulate, vertebrarum
transversis processibus ibi quoque paulum sinuatis,
inherent. e Inde patescunt, & in exteriorem partem
incurvate, paulatim in cartilaginem degenerant.
Eaque parte rursus in interiora leniter flexæ, com-
mittuntur cum osse f pectoris.*

Thoracem osseum, descriptâ spinâ nunc
delineabat. ejus en iconem.

Ad



a Ad colli radicem thorax incipit, constans Costis, Sterno, Claviculis, Scapulis. De Costis primo agit; quæ à custodia vitalium sic dictæ, græcis *πλευραι*, quasi *πύλαι*, διὰ τὴν ἀνάστυξιν ἀ

R r

respi-

respirando nempe. Sunt numero 24. Nec variat hic numerus pro sexus diversitate.

^b Priore quæ se offerunt loco *ἀντίστροφοί* re-tortas ac si dicas ac recurvas, ob brevitatem dictæ græcis. Has contrà humeros fitas ait Author; sicque est, vocando humerum sca-pulæ cum brachio & claviculâ conjunctio-nem, nam ei loco vicinæ hæ costæ.

^c Harum quæ tertia & quarta *σέρραι*, firmæ, robustæ: quinta cum sextâ, *σπινίτιδες*: septuma ac octava, *παρυσύροι*.

^d Sunt bis capitatae prope vertebrae costæ, junguntque se duobus transversorum pro-cessuum sinibus.

^e Sequentibus hujus paragraphi illud vult, costas singulas semicirculum exhibentes, cum junguntur integrum peragere circulum, sicque sphericam tribuere thoraci figuram, quo spatium liberius ad motum haberent quæ thorace continentur vitales partes.

^f Os hoc pectoris scuti in modum cordi anterius præpositum, sicuti posterius scapulæ. *σέρρον* & *σῆρ* græcis. Huic se jungunt anterius costæ, uti vertebrae posterius. vide præceden-te figurâ A.

Quod a Valens ac durum a b faucibus incipit, ab utroque

utroque latere ^c lunatum, & à præcordijs jam ipsum quoque ^d cartilagine mollium terminatur.

^a Valens ac durum vocat pectoris os, non respectu substantiæ, quæ ei minimè solida, verum mollis ac fungosa, ne pondere suo thoracis impediret motum; sed ex eorum sententiâ qui olim sub hoc osse mentis esse firmitudinem existimabant, ὅτι τὸ σέρρον τῆς τοῦ εἶναι. inde βαθύσερον, ὀσσερον, πικιλόσερον. quæ omnes vocolæ animum respiciunt.

^b Nisi legamus à jugulo, non video quî erroris excusari possit Celsus. quid enim sternon cum faucibus intercedit? universa colli longitudo intermedia visitur.

^c Vbi sternon initium sumit, si ab omnibus separetur partibus, tres ostendit lunatos sinus: parte mediâ exactè unum, duosque à lateribus quibus claviculæ se insinuant. Medius sinus peculiari voce græcis σφαγή, latinis jugulum? utrisque, quia ob plurium vasorum hoc loco concursum certum inferant interitum incidentia hic vulnera. Sunt illa vasa, Iugulares tam venæ quàm arteriæ internæ externæque; eadem vasa axillaria; sextum nervorum conjugium; nervi recurrentes; muscoli præterea capitis, laryngis, hyoidis

R r ij

mo-

motibus addicti. Iuguli locum exhibet B. jam datæ figuræ.

^d Hæc illa tantopere nobilitata scriptoribus *Ξιφοειδης*, cartilago Ensiiformis latinis dicta notata C in prægressâ figurâ. Cujus munus diaphragma hoc loco planè apertum omniq̄ue præsidio destitutum munire, minime verò, (quæ tamen vulgaris opinio) ventriculi superius orificium. Vsum hunc tabidi, hypochondriaci probant, utpote conspicuam hoc loco foveam cuncti ostendentes. uti & ij quibus soluta à sterno cartilago hæc procidit, de respirandi difficultate non verò stomachi detrimento queruli.

Sub costis verò ^a prioribus quinque, quas ^b vobas Greci nominant, breves tenuioresq̄ue, atque ipsæ quoque paulatim in cartilaginem versa, extremis ^c abdominalis partibus inhaerescunt; imaque ex his majore parte nil nisi cartilago est.

^a Prioribus septem. illæ *ἀληθῆς* Hippocrati; sequentes quinque *νόθαι*. Prioribus quia legitimæ, idcirco sterno septem ascribimus partes osseas, nam ei illæ se jungunt, sicq̄ue legitimum vitalibus præstant officium, fecus ac inferiores.

^b Quia a verâ costarum naturâ degenerantes,

tes, etiam naturalibus visceribus, Lienī, Ventrículo, Iecori inserviunt, fœcus ac veræ.

^c Hypochondrijs sive præcordijs, ubi jam dictæ partes sitæ.

Rursus à cervice duo ^a lata ossa utrimque ad ^b scapulas tendunt, nostri ^c scoptula operta, ^d ἀμοπλάτας græci nominant

^a Quæ hoc ævo scapulæ & scapularum ossa vocantur. credo à figurâ, excavata, namque, scaphulas non ineleganter referunt:


^b Nisi legamus *ad claviculas* (quod tamen non assero) dicendum est Celso scapulam vocari quod humerum alij, conjunctionem nimirum brachij cum claviculis latisque hifce ossibus. nam inquit utrimque *ad scapulas tendunt*. unde? incipiendo à partibus horum ossium acuminatis, & scandendo (inde non desunt scapulas qui dictas velint) sursum.

Quænam acuminatæ, & latiores scapularum dicantur partes sequente videre est figurâ.

^c Quia operiunt parte corporis posteriore vitalia. inde namque vulgo scuta cordis. Quum namque oculis cervix destituatur, à tergo incidentes ictus prævidere neque avertere quimus.

R r iij

^d Lata



^d Lata humerorum ac si dicas ossa. Humerus enim non pars corporis, locus solummodo est.

Ea in summis ^a verticibus sinuata, ab his ^b triangula, paulatimque lateſcentia ad ^c spinam tendunt, & quo latiora quaque parte sunt, hoc hebetiora.

^a Vertices scapularum sinus habent, quibus brachiorum se jungunt capita. ne autem articulatio loco facile moveatur, appositi processus

cessus insignes, coracoïdes unus, spinosus alter.

^b Triangularis quod scapularum ossibus contigerit figura, solo intuitu cognosci potest.

^c Partes illæ ad spinam tendentes *πλερωγία*, Alæ scapularum dicuntur veteribus. Hipp. Epid: 6. quibus scapulæ in modum alarum prominent, hi in tabem proni.

Atque ipsa quoque in imo ^a *cartilaginosa, posteriore parte* *velut* ^b *innatant, quoniam nisi in summo nulli ossi inherefcunt. Ibi verò* ^d *validis musculis nervisque constricta sunt.*

^a Limbus scapularum, eâ quâ costas spectant superficie, cartilagine obductus, ne præ attritu ad costas exasperentur.

^b Ita est, fluctuant scapulæ in dorso, nulli ossi nisi brachij & claviculæ, idque uno eodemque articulata loco. Testantur fidiculas qui patiuntur, ut quibus rejectis in tergum manibus, fune suspensis, sicque in præceps demissis, nulla ossium fit dislocatio.

^c Vbi cervices ostendunt, nam illis brachiorum capitibus, claviculisque junguntur.

^d Multi sunt scapulis dicati musculi, verum ad movendum solummodo. Notanda denuo

denuo nervi vox, pro ligamentis nerveis. ut certi simus vocem illam, cum de colli ageret nervis, idem Authori significasse.

*At à summâ costâ paulo interius, quam ubi ea media est, a os excrescit; ibi quidem tenue, procedens venò quo propius lato scapularum ossi fit, eo plenius latiusque, & paulatim in * exteriora curvatur: quod propius alterâ verticis parte modicè intumescens, b sustinet jugulum.*

* lego in interiora.

^a Claviculas describit. hæ κλειδες τῶν ὀστέων, τὸ κλειεῖν à jungendo græcis, jungunt namque scapulas cum brachijs thoraci. longævum hæ hominem reddunt, dum medio se interponentia, inter brachia & thoracem loco, impediunt ne illa suo pondere vitalium motum impediant.

^b Duo clavicularum sunt officia. 1. impedire ne brachiorum onus mobile pectus premat. 2. claudere (inde claves) thoracem ad colli radicem, ubi jugulum est, neve vasa ibi concurrentia lædantur, impedire. unde etiam Iugularia ossa.

Id autem ipsum recurvum ac ^a neque inter durissima ossa connumerandum, altero capite in eo quod ^b posui, altero in exiguo ^c sinu pectoralis ossis insidit: ^d paulumque motu brachij movetur, & cum lato osse

scapu-

*scapularum infra caput ejus, nervis & cartilagine
conneſtitur.*

^a Vocolam *neque* delendam arbitror, quum
dura solidaque fit clavicularum substantia.

^b Altero extremo cum spinâ jungitur sca-
pulæ. spina dico, à dorso scapulæ emergente.

^c Sinus hi sunt utrimque in summitate ster-
ni, quorum respectu sternon lunatum antea
vocavit. itaque hæc ossicula velut obices aut
cunei brachijs ac sterno interjecti.

^d Movetur obscuro motu, brachio & sca-
pulâ se moventibus, sed obscuro admodum.
Ipse author per se moveri claviculam (quam
ibidem jugulum vocat) negat cap: 8. 8. hæc
inquiens: *cujus ea ratio est, quod per se non move-* ^{cc}
tur, sed cum humeri motu, consentit. ^{cc}

Hinc ^a humerus incipit, ^b extremis utrimque capi-
tibus tumidus, mollis, ^c sine medullâ, ^d cartilagino-
sus: medius ^e teres, durus, medullofus, leniter gib-
bus, & in priorem & posteriorem, interiorem & ex-
teriorem partem. Prior autem pars est, que à pecto-
re est, posterior quæ ab scapulis, interior quæ ad la-
tus tendit, exterior quæ ab eo recedit: quod ad omnes
articulos pertinere in ulterioribus patebit.

^a Vocat humerum, quod alij humeri os.
nam humerus locus est non pars corporis, is

S f nimirum

nimirum, ubi brachium cum claviculâ & scapula coitionem faciunt.

^b Superius unum, duo habet capita inferiorius.

^c Hæc omnino deleri debent. præterquam enim quod humeri os medullâ refertum sit, etiam ipse Author hoc eodem paragrapho idipsum asserit, *medullosum* vocans.

^d Non vult substantiam ei esse cartilagineam, sed extrema ejus capita utrimque cartilagine lubricâ viscidaque oblita apparere, ob motus facilitatem.

^e Fistulositatem ossis humeri internam tangit.

Superius autem humeri caput, ^a rotundius, quam cætera ossa de quibus adhuc dixi, ^b verticillatis scapularum ossibus parvo excessu inseritur, ac majore parte ex transitu ^c nervis deligatur.

^a Rotundius est ossis humeri caput quàm sit sinus scapulæ profunditas: rotundius quàm ullum os hætenus explicatum. quamvis multum superetur à capite ossis femoris.

^b Vocat scapularum ossa verticillata, aut quia cervicibus prædita: aut à verticillis extantium coracoidis & spinosi processuum.

At in-

At inferius duos processus habet; inter quos quod medium est, magis etiam extremis partibus sinuatur: quae res sedem a brachio praestat.

Parte unâ humeri os duo ostendit capita totidemque sinus, quibus totidem capitibus sinubusque se jungit cubitus. est namque in hac articulatione verum gynglymi exemplum.

^a Brachium sumit pro alterâ superiorum artuum parte; quum tamen brachia vocari Osteologis soleant universi hi artus, idque voce graecâ, ἀπὸ τῆς βραχίονος nempe, a brevitate. nam nobis erectis stantibus (qui positus homini naturalis) brachijs terram tangere nequimus; hacque de causâ nobis data flexilis spina, uti & genua flexilia.

Quod constat ex a duobus ossibus. b Radius, quem c κερκίδα graeci appellant, superior, breviorque, & primo tenuior, rotundo & leviter cavo d capite exiguum humeri tuberculum recipit, atque ibi nervis & cartilagine continetur.

^a Ob majorem levitatem.

^b Sic dictus. quod in modum radij moveatur, & cum eo manus. hac de causâ peculiare accepit musculos, quos Radij musculos vocant.

Sf ij

c κερκίς

^c κέρως ab usu dicitur hoc os, ὡς τὸ κέρως litterarum transpositione. κέρως pulso est. citharâ canens dicitur κίθαρον κέρων; simili modo quo manus ab hoc osse pulsata movetur.

^d Capitellum verè orbiculare est, excavatum leviter, ac mucilage cartilagineâ obductum: sicque orbicularibus motibus in condylomate ossis humeri circumagitur.

Cubitus inferior longiorque, & a primo plenior; in summo capite, duobus quasi ^b verticibus in sinu humeri, quem inter duos processus ejus esse proposuisse inferit.

^a Primo, id est, ubi hoc os incipit, ad cubiti flexuram, ibi namque crassius existit.

^b Sunt duo capitella insinuantia se in sinus inferiores humeri. sicque; instar cardinis per gynglymon moventur hæc ossa.

Primo verò a duobus radijs brachij ossa juncta paulatim ^b dirimuntur, rursusque ad manum coeunt, modo crassitudinis mutato. Siquidem ^c ibi radius plenior, ^d cubitus admodum tenuis est. Dein radius in caput cartilagosum consurgens, in verticem ejus sinuatur. Cubitus rotundus in extremo, parte alterâ paulum procedit.

^a Vocat caput cubiti, radius; magis similitudine quàm figura motus.

^b Rimâ

b Rimâ conspicuâ discernuntur hæc duo ossa. Quod ipsum levitatis causa partim, partim ob faciliorem radij motum factum arbitror.

c Vbi? ad manum nimirum, radius latior crassiorq; multo quam cubitus, nam ibi insignem ostendit sinum, cui manus initium jungitur, illa enim radij motum sequitur,

d Habens exiguum sinum, cui duo carpi se insinuant ossa; tum & acutum processum impediens ne manus prolabatur.

*Ac ne sæpius dicendum sit, illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilagine desinere, nullum articulum non sic finire: neque enim aut moveri posset, nisi *b* levi, inniteretur, aut cum *c* carne nervisq; conjungi nisi ea media quadam materia committeret.*

Vniversale monitum hoc est; nimirum, quum prævideat natura se tali conditione formasse ossa, eorum uti extrema (quæ *ἀρσπ* græcis, Articuli latinis) multijugo dicata motui præ attritu ad seinvicem facile squallescerent ac exasperarentur, duplicem excogitavit materiam qua huic incommodo occurreret. primo namque omnes articulos quibus cavitas, replevit muccilagine quadam viscidâ, albumen ovi omni ex parte refe-

S f iij

rente.

rente. quibus cavitas nulla, eorum articulis induxit substantiam cartilagineam. nam & illa humida lubricaq; quum sit, idem quod jam dicta muccilago præstat.

^b Sequor eos qui hic pro levi *levi* legunt. artifices, operarios vide; quibus in more est rotulas, trochleas similiaq; volubilia organa unguine aliquo illinire; naturæ exemplum hi sequuntur.

^c Ne duo diversæ naturæ corpora, os & caro à seinvicem abhorrent, natura jungi ac coire ea voluit adminiculo substantiæ mediæ naturæ, qualis cartilago. ita hæc naturæ fuit causa quæ molli cerebro osseoq; cranio mediæ naturæ membranas interposuerit. Idem in conjunctione costarum cum sterno observatum videmus. idem alibi.

Notare itaque chirurgi debent, ut in membrorum dislocatione, extensione potius quàm violentâ illâ utantur repositione. attritu namque illo separatur facile cartilago ab articulo, eaque ratione etiam post restitutionem ad motum inidonea relinquitur articulatio.

In a manu verò prima palma pars, ex multis minutisq; ossibus constat, quorum numerus b incertus est

est. Sed oblonga omnia & triangula structura quadam inter se connectuntur, cum invicem superior alterius angulus, alterius planities sit, eoque fit ex his unius ossis paulum in interiora c concavi species.

^a Manus à manando dicta, manat namque ex brachio. Græci χεῖρ ὡσαύτ' ἰσὶ ῥάον χεῖρα, à facile capiendo. hanc græci in καρπὸν, μελανάρπιον, & δακτύλους latini in Brachiale, Postbrachiale, & Digitos dividunt. Celsus universam internam manus superficiem à radio ad digitorum usque apicem Palmam vocat; cum tamen priorem ejus partem vola constituat.

^b Imo certus ac determinatus, quum octo ossicula semper hic conspiciantur.

^c Octo hæc carpum constituentia ossicula sibi invicem per arthrodiæ secundam junguntur speciem. sicq; articulantur, ut simul nexa sicque considerata exterius paulum gibberam, cavam figuram ostendant intus. cavitas illa initium volæ est.

Verum ex manu duo exigui processus in ^a sinus radij conjiciuntur.

^a Legendum in sinum, nam plures cavitates radius non accipit. at quinam hi duo exigui processus, qui in radij sinum conjiciuntur?

Tum

Tum ex alterâ parte recta^a quinque ossa ad digitos tendentiâ^b palmam explent.

^a Oblonga quinque vult ossicula metacarpion seu postbrachiale constituentia, inter carpi ac digitorum ossa media. adscribit metacarpio ossa quinque; itaque digitorum aliquis duo solum obtinuerit necesse est. in hac sententiâ fuit antiquitas. testis Plinius qui lib: II. Cap: 43. binos non nisi articulos pollicis tribuit.

^b An non volam potius? nam ad palmam etiam digiti necessarij.

A quibus ipsi digiti oriuntur, qui ex ossibus^a ternis constant, omniumque^b eadem ratio est. Interius os in verticem sinuatur, recipitque exterioris exiguum tuberculum, c nervique ea continent,^d à quibus orti ungues indurescunt. Ideoque non ossi, sed^e carni magis radicibus suis inhaerent. Ac superiores quidem partes sic^f ordinatae sunt.

^a Excepto pollice, licet a pollendo nomen acceperit, dicaturque non abs re *αὐτῆς* & *μῆκος* græcis.

^b Nisi quòd alij alijs sint longiores, tum & crassiores.

^c Ligamenta & tendines copiosi hic concurrentes. Hi insignem illam excitant in digitorum

gitorum internodijs sensationem, quam ostendit chiragricus cruciatus.

^d Oriuntur è tendinum extremis unguis, eaque de causâ exquisitè adeo sentiunt.

^e Per carnem peculiare intelligit tendinum parenchyma. nulla etenim caro vulgo dicta hic conspicitur.

^f Exceptis ossibus Celso non descriptis: malleo, incude, stapede, cuneiformi, hyoide, sacro, coccyge.

^a *Ima verò spina in ^b coxarum osse desidit; quod ^c transversum longeque ^d valentissimum, ^e vulvam, vesicam, rectum intestinum tuetur.*

^a Quam Author (quod equidem mirari non semel soleo) non describit. Ea namque tantopere nobilitatum illud sacrum vocatum constituit os, cui coccyx jungitur. neque potest debitè coxarum ratio explicari nisi sacri fiat mentio.

^b In coxarum ossibus; sunt namque duo, per intermedium sacrum os juncta. Verùm sic considerata, unum os referunt, aut lagenulam osseam, cui inclusa à natura eæ, quarum hic mentio fit, partes. Hoc veteribus *ἀνώρυπον*; posterioribus tribus vocibus insignitum, Ilij, Pubis, Coxæ. Quæ tamen potius

T t

certa

certa in hisce ossibus loca, quàm separata sui-
que generis denotant ossa.

^c Transversum velut obtinuit situm, supe-
rioris inferiorisque corporis respectu.

^d Robustum os; sicque requirebatur, quum
universa superior corporis moles ei velut ba-
si innitatur, inferior ab eo dependeat.

^e Hoc primarium coxendicum officium,
fidam stationem concedere, partibus qua-
rum hic fit mentio.

*Idque ab ^a exteriori parte gibbum, ad ^b spinam
resupinatum, à lateribus id est in ipsis ^c coxis ^d sinus
rotundos habet.*

^a Limbos sive supercilia utrimque habet
prostantia, quibus Ilium vox olim tributa.

^b Vbi per synchondrosin jungitur sacro
ossi. hæc conjunctio symphyli fit, argumen-
to inconcusso, ossa hæc immobilia permane-
re; quidquid de partu nonnulli dicant. vio-
lentum est quod ibi fit omne.

^c Coxæ, ipsa sunt loca ostendentia pro-
funda acetabula, quibus femorum ossa infi-
nuantur: reliquum, Coxendicum os dicitur.

^d Articulationi artuum inferiorum sive
crurum dicatos. In hisce dolorifica illa fit ar-
thritidis species, græcis *ἰγυαί*. dolorifica ob
maxu-

maximi nervi viciniam partim, partim sanguineum ligamentum, quod è capite femoris eductum centro hujus se infigit acetabuli.

A quibus oritur os quod^a pectinem vocant, idq; super intestina^b sub pube transversum ventrem firmat: c^c rectius in viris, recurvatum magis in exteriora in foeminis, ne partum prohibeat.

^a Latinis anterior coxendicum locus ubi hæc ossa coeunt, Pubes & Pecten dicitur. Juvenalis

Inguina traduntur medicis non pectine nigro.

Huic ossi efficax cum capite sympathia.

^b Pubes græcis ἡβη, ipsa infima hypogastrij pars est, cui quod subjacet, Pubis & Pectinis os dicitur.

^c Id in cunctis foeminis non fit. Vidi quibus rima quam hoc loco constituunt coxendices, magis recta quàm in viris erat. Verum tales difficiliter enituntur.

Inde^a femina oriuntur, quorum capita rotundiora etiam quàm humerorum sunt, cum illa ex cæteris rotundissima sint.

Femoris ossa quod universi corporis molem ferant sic dicta. græcis quod hic separari corpus incipiat *μῆρος*. Author femina vocat, quæ tamen vox propriè non nisi locum ho-

T t ij rum

rum significat ossium, superficiem nempe internam. inde Interfemineum.

^b Multo majora hæc sunt quàm humerorum ossium capita. sunt & acetabula longè profundiora.

Infrà verò duos processus à priore & à posteriore parte habent.

Statim infrà cervices ostendunt duos insignes processus femora, quos *περὸν τῶν ποδῶν* & *περὸν τῶν χερῶν*, Rotatores latini dicunt. Hisce enim annectuntur, conversioni crurum qui inserviunt, musculi.

Dein ^a dura, & medullosa, & ab exteriori parte ^b gibba: rursus ab inferioribus quoque capitibus intumescunt.

^a Quæ tamen durities cariem à lue venerea, præ ceteris ossibus, frequenter incurrit.

^b Ne inter incedendum homini impedimentum adferrent.

^c Parte unâ duo habent capita, quibus tibiæ articulantur. Habent & duos sinus, quorum qui posticus *ἵψος poples* dicitur: anticum tegit patella.

Superiora in ^a sinus coxæ, sicuti humeri in eâ ossa, quæ scapularum sunt, conjiciuntur. Tum infrà ^b introrsus leviter tendunt, quo equalius superiora mem-

bra

bra sustineant. Atque in eo inferiora quoque capita media c sinuantur, quo facilius excipi à cruribus possint.

^a Qui cum valde profundi, hinc fit pertinaces uti sint horum locorum dolores, ut non raro cauterio ad extrahendam materiam opus sit.

^b De quo præcedente dictum paragrapho.

^c Excipiuntur à cruribus duobus locis. indeque est, crus quod nisi rectis motibus, femur ac femur, movere queamus.

Quæ a commissura, osse parvo, molli, cartilaginosa tegitur, b patellam vocant.

^a Ipsa commissura Genu vocatur à voce græcâ γόνυ, quia flectendo γονίαν, hoc est angulum facit. Hunc locum vitalitalis nescio quid habere existimarunt veteres; quo factum, ut non parvi eum fecerint, hunc namque supplices attingebant, ad hunc manus tendebant. testis Plinius, qui plenius videatur lib: 11. Cap: 45.

^b Rotundum ossiculum commissuram hanc tegens, Os genu, Genu oculus, Os scutiforme, etiam Patellam vocant. Credo posteriorem vocem à græcis, διὰ τῆς πλάτειας. nam latiuscula simulque rotunda figura Molam
non T t iij etiam

etiam hoc ossiculum à molaris lapidis similitudine dixit.

Hec super^a innatans, nec ulli ossi inhaerens, sed carne & nervis deligata, pauloq; magis ad femoris tendens, inter omnes crurum flexus^c juncturam tuetur.

^a Ita est, ligamentis nexa femori Patella liberè fluctuat, ne huic articulationi impedimento sit.

^b Adhæret femori; nulli ossi inhæret, hoc est immittitur.

^c Iuncturam tueri peculiare patellæ munus est. impedit nempe ne viscida illa qua natura hanc cavitatem replevit materia se effundat.


Ipsum autem^a crus est ex ossibus^b duobus. Etenim^c per omnia femur humero, crus verò brachio simile est: adeo ut habitus quoque & decor alterius ex altero cognoscatur, quod ab ossibus incipiens, etiam in^d carne respondet.

^a Quod crus vocat Author, hodie Tibiam dicunt, cui à currendo cruris vox indita.

^b Levitatis causâ id factum arbitror, uti & in brachio. utrumque hæc exprimit figura.

^c Quoad externam eamque universalem faciem artus superiores inferioribus similes sunt, non tamen per omnia, uti Celsus,

non



non enim habent Patellas brachia. Quid
commune est coxendicum ossibus cum sca-
pulis? In manibus carpi octo, Tarsi pedum
non

non nisi septem habent ossa. ut non dicam
juncturam flexionis contrario se habere mo-
do, cum enim cubiti extrorsum, introrsum
flectuntur genua.

^d Id est, musculorum fere eadem est ratio,
non tamen per omnia.

*Verum alterum os ab exteriori parte supra posi-
tum est, quod ipsum quoque ^a sura rectè nominatur.
Id brevius, supraque tenuius ad ipsos talos intumes-
cit. Alterum à priori parte positum, cui ^c tibiæ nomen
est, longius & in superiore parte plenius, solum cum
femoris inferiore capite committitur, sicut cum hu-
mero cubitus. Atque ea quoque ossa infra supraque
conjuncta, media ut in brachio dehiscunt.*

^a Celsi ævo, posterioribus namque Fibula
dicta, *ἰσούνη* græcis. Verè ille :

*Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus.*

Suram constituunt muscoli gemelli Sylvio
dicti, posticâ cruris parte conspicui.

^b Vtrumque cruris os quum ad pedem per-
venerit capitibus intumescit quibus Talus
velut obicibus coercetur suoque continetur
loco; inde Talleoli dicuntur illa condyloma-
ta; græcis *σφύρα*. loca quæ venis talleoli no-
men dederunt, quorum sectio in uteri com-
mendatur affectibus.

^c Tibia

^c Tibia à tubâ, Servio teste, Græcis κνήμη, à κνώω. Hujus anterior pars acutè prominens spina tibiæ dici solet Osteologis; quam considerans Momus, suras ei præponi volebat.

Excipitur autem crus infrâ ^a osse ex transverso talorum, idque ipsum super ^b calcis os situm est, quod quadam parte sinuatur, quadam excessus habet, & procedentia ex talo recipit, & in sinum ejus insertur. Idque sine medullâ durum, magisque in posteriore partem projectum, ^d teretem ibi figuram representat.

^a Astragalum vult, cui utrimque adstantes taleoli transversum situm exhibent.

^b Articulatur astragalus calcis ossi, quod posterius prominet, aeri expositum, unde frequenter maxumus tendo, quem suræ pariunt muscoli, quique huic ossi insertus, affligitur. Pernio dicitur malum, χιμείλον ab hyemali frigore Græcis.

^c Credo eum velle, quod fistulam non habeat medullam continentem.

^d Veluti jam posita exhibet figura.

Cætera ossa pedis ad eorum que in manu sunt, similitudinem instructa sunt. Planta palmis, digiti digitis, ungues unguibus respondent.

Eo, quod dixi discrimine, Tarsus quod

V u

non

non nisi septem, octo habeat ossa Carpus. Etiam tarfi ossa (saltem priora duo) insigniter mobilia sunt, secus ac Brachialis. Author absolvit hominem osseum. nunc ad ossum vitia pergit.

CAP. II.

Ossa a vitiata & corrupta quibus signis cognoscantur, & quâ ratione curentur.



IRADITA Osteologiâ, non-naturales quibus infestari ossa solent, ipsisque proprios affectus aggreditur. Eorum non unum genus; etenim à seinvicem distrahuntur, luxantur, coalescunt præter naturam; contusionem, abscessum incurrunt; etiam putredinem, cariem, nigredinem; denudantur, aliaque incurrunt mala. Quæ tamen ad tria hæc genera reduci posse putem. 1. ad figuram vitiatam; sicuti in gibbis, varis, valgus, Macrocephalis. 2. ad situs detrimentum, ut in Silicernijs, Laxatis, Distortis, Luxatis evenire cernimus. 3. ad substantiæ labem, cum abscessum, aut putredinem

dinem patiuntur; tum & continuum eorum cum solvitur. de quo tribus hisce continuis capitibus aget.

^a Vitiata & corrupta vocat ossa, solutionem continui quæ patiuntur, nullâ prægressâ violentiâ. Sciri namque debet, ossium continuum (sicuti & contiguum) solvi à causâ internâ, aut externâ. Hæc, violentiam adhibens, ossa frangit. *κάρυπα* affectum vocant Græci. Illa, latenter, imo inscio ut plurimum ægro, solidam illam ossibus tributam consistentiam, corrodingo inquinat ac lacepsit. quæ ob id *καρηδάριον* græcis, Caries latinis dicitur. hanc capite hoc prosequetur.

Omne autem os, ubi ^a injuria accessit, aut ^b vitiat, aut ^c finditur, aut ^d frangitur, aut ^e colliditur, aut loco ^f movetur.

Ante omnia ponit differentias, quibus ossa corripuntur, affectuum.

^a Causa aliqua vitians.

^b Ab internâ causâ læsionem incurrit. Quales illæ sint causæ, jam dicet.

^c Hoc est, rimam agit. quod ipsum ab externâ causâ, cum violentiâ fiat, necesse est.

^d Fractura ab ossis Fissurâ differt, cum in hac fragmenta soluta fluctuent necesse sit, in

V u ij

illâ

illâ tantum continuum solutum. utriusque exemplum ac discrimen, vitia læsa quotidie exhibent.

^e Veluti in ossis aut puncturâ, aut perforatione, absque rimâ aut fracturâ. Finge alicui fida, pugione punctim caput feriri.

^f Intus deprimitur; idque aut cum continui solutione, aut sine illâ. puerorum, feminarum capita ab obtuso si premantur telo, hujus rei quotidiana exhibent exempla.

^g Laxatione, Luxatione, Disiunctione, Contorsione.

Id quod ^a vitiatum est, primo fere ^b pingue fit, deinde vel ^c nigrum, vel ^d cariosum. Quæ ^e supernatis gravibus ulceribus aut fistulis, hisque vel longâ vetustate. vel etiam ^f cancro occupatis eveniunt.

^a Omisissis reliquis ossium offensis, eam solum ab internâ quæ fit causâ prosequitur; & quidem præcipuè Cariem. quæ nil nisi ossis est exulceratio corrosiove. ossis vermiculatio nonnullis. Haud aliter enim fit ac in lignis à vermiculis, cossis seu xylophagis, quæ corro-duntur; verminosa inde dicta; sic inquam acris, maligna, ossique admodum inimica in eo si colligatur materia, insinuando se in ipsam

sam ossis substantiam, eam pervadit, penetrat, exedit, ac consumit, redditque os adeo molle, digitis uti comminui possit. Imo sic exesum os, non raro sponte dehiscit, ægrofque etiam placidè incedentes claudicare facit. Cujus rei exempla, eorum dico quibus femorum ossa paulatim à huius venereæ virulentia corrofa solutaque erant, mihi nota. Hac de causâ vitium hoc græcis interdum *ευράς* dicitur. Ita Dioscorides *διρρωπίσαι, διαποροειν* vocat, quoties stirpes, femina, fructus corroduntur ac exedendo absumuntur. quo etiam respiciens Gaza *ευρωπιαν* apud Arist. Vermiculationem vertit. Imò, affectui huic maxumè quæ familiaris vox illa à xylophagis (vermiculi sunt) nomen accepit; Insectum namque quod *coffus*, *termes*, *teredo* latinis, græcis *ξύλοφαγος*, *τρίψ*, & *τερηδών* dicitur. quâ postremâ voculâ etiam ipse hic affectus indigetatur.

^b In detecto nimirum offe. Cariei enim signa, alia latentem, manifestam alia indicant. latentem ubi nondum denudatum os, si ulcus profundius aut fistula claudi nequeat. verum licet etiam cicatrice munitum sponte solvatur. vide aph. 45. 6. & in eum Galenum.

V u iij

Dete-

Detecto osse incipientis cariei signa sunt, ossis pinguedo, nigrities; Consistentis, erosio. Unde pinguedo? Si, quacunque demum de causâ naturales ossium facultates, concoctio, excretioque potissimum lædantur: fit ut acceptum nutrimentum nec debite coquant, nec superfluum depellant. Superfluum illud in ossis superficie collectum, viscidam ostendit pinguediniq; similem consistentiam, lardum vocant qui apud nos (idq; admodum apposite) chirurgi. unde vero? omnium partium excrementum naturam habet similem ei quo utuntur alimento. at ossa nutriri parte sanguinis maxumè pingui, lentâ ac viscidâ † probatione non eget. Hinc itaque lardo simile excrementum. Excrementitia hæc pinguedo diutius ossi si inhæreat, innatum ossis calorem paulatim extinguendo, in

† Vide Hipp. aph. 17. & 20. 5. & 1. de diaz. sect. 10.

^c *Nigredinem* illud conjicit. Etenim nativi caloris extinctio os nigrescere facit. testis Hipp. aph. 17. & 20. 5. nigredo autem, jam vera ad

^d *Cariem* via est. offuscato namque ossis calore, quia non cohibetur aliena quæ ossi inhæret materia, illa omnia depopulatur, inq; ossis

ossis substantiam profundè se infinuans idem efficit quod in ligno xylophagus.

• Traditis cariei signis, causas jam subjungit. Illæ obscuræ, aut apertæ. Apertæ, uti aër. hunc enim, ut naturâ humidum vehementer aspernatur os, tum potissimum, insigni cum tactus fuerit intemperie. Etiam medicamenta quibus cum osse dyspatheia. talia sunt admodum intemperata, præcipuè verò pingua, utpote os madidum reddentia. Quin & maligno laborans ulcere caro, aut pars ossi vicina, si virulentam saniem in os eructet, in cariem illud conjiciet. notat id Hipp. aph. citato 45. 6. Ab hac causâ, venereâ laborantes lue frequenter cariosa habent ossa. Causa minus patens, ut plurimum acris, acuta, erodens, aut maligna existit materia in ossa se effundens eaque corradens. unde insanabiles oriuntur fistulæ. Etiam fractum robur naturalium quæ in osse facultatum, nequentium debitè affluens nutrimentum aut ossi assimilare, aut ab ejus se liberare superfluis. Obscuriores causas hic Author tangit, ponens gravia ulcera, fistulas inveteratas, aut etiam *Cancros*. aut cancrum ab atrabilario intelligit succo, summâ suâ acrimoniâ os corrodente

rodente; aut (quod Celso familiare) gangranam.

Oportet ante omnia os ^a nudare ulcere exciso: & si latius ejus vitium est quam ulcus fuit, carnem subsecare, donec integrum os undique pateat: ^b tum id quod pingue est, semel iterumve satis est admoto ferramento adurere, ut ex eo statu secedat: ^c aut eradere ^d donec jam aliquid cruoris ostendatur, que integrioris nota est. Nam necesse est aridum sit id quod vitiatum est. Idem in cartilagine quoque lesâ faciendum est: siquidem ea quoque scalpello radenda est, donec integrum id sit, quod relinquatur.

Subjungit nunc rationem quâ tractari cariosum os debeat ut vitiositas eluatur. Vbi notandum, cariem aut profundam aut superficiariam esse. In profundâ excidi os debet, ne pars sincera trahatur. Minus profundâ, aliquot tradit præcepta:

^a Præceptum sanandæ cariei prius; ut exciso ulcere, & secta carne, os nudetur. quod collyrijs, aut ferro fiat necesse est. Frequenter namque evenit, profundior uti, angusta, ac anfractuosa fistula sinum suum in osse habeat. illa ni dilatetur, donec os se ostendat, nulla curandæ cariei spes, Collyrium, chirurgicum est instrumentum glandi (suppositorium

rorium vulgo vocant) non admodum ab-
mile, paratum aut ex contorto linteo, aut fa-
pone hispanico, alumine, aut metallico ali-
quo: idque alterâ parte tenuius, plenius alte-
râ. Pars tenuior fistulæ immiffa, subsequente
crassiore eam paulatim diducit, idque quoad
ad ipsum os pateat aditus. Vide de collyrijs
Celsum lib: 5. Cap: 28. ubi de fistulis agit.
Collyrium si non sufficiat; aut etiam latior
si fuerit caries, ulceris quàm aut fistulæ capa-
citas, secundæ partes ossi impositæ. omninò
namque nudari os debet, nam manum ex-
pofcit.

^b Nudato osse, secundum tradit præce-
ptum; ut ventiletur os, eique inhærens pin-
guedo, tum & acris virulentaque materia
absumatur. Terebrâ itaque aliquoties urgen-
dum os; factisque foraminibus cauteria im-
mittenda potentialia, quæ erodentem icho-
rem consumere queant, qualis chymistarum
aqua, oleum vitrioli, sulphur fufum, euphor-
bij pulvis. Aut, tangendum ignito ferramen-
to, sive actuali cauterio. nihil enim æquè vi-
rulentiam absorbet igne.

^c Præceptum tertium. Quærat namque
aliquis, num necesse sit ad cauteriorum usum

X x

fem-

semper devenire? minimè verò, sed si nullis remedijs aures præbeat malum, tum extremitas hæc ineunda. Scalpris itaque primum tentanda res; quorum ope si pinguedo, nigritiesque auferri, quæque ossi infedit acris materia extirpari queat, satis jam est. Radentia scalpra si non suffecerint, ad cycliscos deveniendum, descriptos à Galeno 6. Meth: Cap: ultimo. Scalprorum porrò usui insistendum,

^d *Donec jam aliquid cruoris ostendatur.* nam illa integrioris ossis nota est. significatur enim, superfluum ichorem ablatum, jamque ad medullam, genuinum ossis nutrimentum, ventum esse. Hæc nota diligentius vel ob eos notanda, cauteriorum usu non debite qui ineunt. Certum namque, si cauterium non satis apprimas, nihil efficies: si nimius in ejus fueris usu, excrementitium ossis non solum, verum insuper ipsum radicale ejus humidum, ipsamque nativam ejus absumes succulentiam. Sufficit itaque tam scalpris quam cauterijs uti, quoad quod antea præ alieno ichore madebat os siccum reddatur, seseque ostendere aliquid cruoris medullofi incipiat. Quod superest, facile natura superabit.

Deinde

Deinde si *vel os, sive cartilago rasa est*, ^a nitro bene trito respergendum est. neque alia facienda sunt ubi caries nigritie sive in summo osse est. Si quidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum, vel radendum est.

^a Quartum everruncandæ cariei monitum; uti postquam scalpris diligenter rasum os, nitrum bene tritum eî affricetur. Illud est baurach & borax quod officinarijs; falsuginem gustu exhibens, eaque ratione exsiccandi præditum facultate; quâ superfluam ossis absumendo humiditatem, id efficit ut ossi robur additum, squammullasq; corruptas à se abjicere valeat.

Qui radit hæc, ^a audacter imprimere ferramentum debet, ut & agat aliquid, & maturius desinat. Finis est, cum vel ad ^b album os, vel ad ^c solidum ventum est. Albo finire ex nigredine vitium, soliditate quadam ex carie manifestum est. Accedere etiam cruoris aliquid integro, supra dictum est.

^a Scalper rasorius si fuerit, fortiter premendum instrumentum, ne nudam ossis superficiem auferendo, radicem non tangat. Sin cycliscus in usum trahitur, is eousque procedat quoad ipsa mali sedes deleta fuerit. Si namque vel minimum corrodentis relinquatur

X x ij mate-

materiae, nova incrementa sumet caries,

^b Tum nempe, quum nigritiem os ostendit, quod semper non fit.

^c Nam carie corrosum, molle ac friabile redditur os, illud uniuersum auferri debet.

Si quando autem ^a altius descenderit, utrumlibet dubium est. In carie quidem expedita cognitio est.

^b *Specillum tenue in foramen demittitur, quod magis minusve intrando, vel in summo cariem esse, vel altius descendisse testatur.*

^a Si non superficialia, (de qua jam actum) sed profundior fuerit caries, ita ut neque scalpris neque convenientibus topicis deleri possit, quomodo certus ero quam profundè ossi se insinuauerit? aliquot tradet signa Author.

^b Apprimatur ossi carioso specillum: id ubi ad os venerit asperitudinem offendet; fortius si apprimatur, demergetur haud aliter instrumentum, cariosum ac si urgeas lignum. Et prout magis minusve ab osse admittitur specillum, eo profundior aut superficialia magis caries.

Nigrities colligi quidem potest etiam ex dolore, et ex febre. Quae ubi mediocria sunt, illa altè descendisse non potest.

Cor-

Corruptissimum hic esse textum judico. quid enim? anne de nigritie ex febre aut dolore iudicium fiet? illa conspici neque latere potest. Lego itaque: *colligi idem potest etiam ex dolore, & ex febre.* Vocolam nigrities delendam censeo; & loco *quidem* lego *idem*. Ut mens Authoris sit; num profunda nec ne sit caries, non tantum specilli appressu, sed & ex symptomatis ægro molestis iudicare poteris. Ingens namque dolor, validaque febris de profundâ carie suspicionem faciunt. pervadens namque utramque ossis superficiem acris illa ac erodens quæ cariem facit materia, perostion etiam invadit; cuius cum exquisita sit sensatio, inde dolor, & ex dolore febris.

Manifestior tamen adactâ terebrâ fit. Nam finis vitij est, ubi scobs nigra esse desijt.

Tertium altæ cariei signum, ex scobis quam terebra facit examine. Quamdiu namque prodiens scobs nigra est, certum est nondum deletam esse cariem, nec ad os integrum ventum. quid itaque?

Igitur si caries a altè descendit, per b terebram urgenda crebris foraminibus est, quæ altitudine vitium æquent. tum in ea foramina c demittenda candentia ferramenta sunt, donec inde siccum os ex toto

X x iij,

fiat

fiat. Simul enim post hæc & resolvetur ab inferiore osse quodcunque vitiatū est, & is sinus carne replebitur: & humor aut nullus postea feretur, aut mediocris.

Author hoc paragrafo altam five profundam cariem iterum facit duplicem: aut profundius ossi se immittentem, aut ab unâ ad alteram ossis superficiem pervadentem. utrique curandi modum præscribit.

^b Cariei profundæ non tamen os univ-
sum penetranti, terebram & cauterium; si-
cuti penetranti, excisionem præscribit. Ad
terebram quod attinet, ea aut excavata ne-
cesse est fit, quales illa quâ lignarij uti solent:
aut qualem ipse Author describit cap: se-
quente, quæ ab acuto mucrone incipiens,
deinde subito latior fit, pauloque minus
quàm æqualiter sursum procedit. At quid
terebratio utilis? plura sane secum fert com-
moda. 1. ventilatur os cariosum. 2. humor
corrodens in profundo qui hæret effundere
commode se potest. 3. applicanda topica fa-
cilius radicem mali tangent. Breviter iisdem
de causis terebratio in carioso osse, quibus
profundæ institui solent musculorum inci-
siones in gangrænâ.

^c Foraminibus terebrâ factis ejuscemodi
infun-

infundenda medicamenta, vitiosum illum ossi inhaerentem ejusque substantiam depascentem ichorem quæ absumere valeant, paulo ante tradita; aut si non sufficiant topica, singulis foraminibus imprimi ferramentum candens vult. etenim actualis ignis proculdubio, quod potentialis non potest, absument; ossi robur addet; reliquaque quorum hic fit mentio, dabit commoda.

Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram quoque partem ossis transit, oportet excidi.

Quum neque scalpris, terebris, cauterijs fisti caries potest, oportet extremo malo extremum adhibere remedium, idemque quod in gangrænâ partium carnosarum instituere, ubi quum nec profundæ incisiones, nec alia iuverint præsidia, amputari membrum solet. idem hic, nimirum ne integræ partes contaminentur, excidendum plane os. Quo pacto verò excidi debeat, dicet sequens caput.

Atque idem in carie quoque ad alteram partem ossis penetrante fieri potest.

Superflua hæc, ac delenda puto. Quis namque sensus? dicunt idem quod præcedens dixit paragraphus.

Sed quod totum vitiatum est, totum excimendum est. Si

est. Si inferior pars integra est, eatenus quod corruptum est, excidi debet. Item si ve capitis, si ve pectoris os, si ve costa cariosa est, inutilis vitio est, & excidendi necessitas est.

Ne cariei scintillæ relictæ novam excitent flammam, quocunque in osse se ostendat, illud totum eximendum. nam gangræna ossis caries est.

Neque audiendi sunt, qui osse nudato, diem tertium expectant, ut tunc excidant. Ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaque quantum fieri potest, ^a eodem momento & cutis incidenda est, & os detegendum, & omni vitio liberandum est.

Anne hæc ad cariem pertinent? valde ambigo. nam quis unquam voluit triduo integro differri cariosi ossis tractationem? verum cum non nisi fissum os est, tum controversiam nonnulli movent. Puto itaque aliunde hæc translata. nam quorsum illa: *Ante inflammationem enim tutius omnia tractantur?* anne hæc tantopere in osse carioso detecto? imo minus, nam perflatur pars. at verò in fissurâ fracturave cranij ejus oritur metus.

^a Neque hæc commodè eodem momento institui possunt. Quid enim, incisâ cute, fatis

fatis doloris pertulit æger. ut non dicam, de
supprimendâ hæmorrhagiâ, ossis scalptura
multo magis excisio in sequentem uti differ-
ri diem debeat.

^b Quid si *detergendum*, scripserit Author.
nam qui cutem incidit is detegit os; quor-
sum itaque illa repetitio? Celso certè inſueta.

*Longèque pernicioſiſſimum eſt, quod in oſſe pecto-
ris eſt: quia vix etiam ſi rectè ceſſit, curatio veram
ſanitatem reddit.*

Sternon naturâ medulloſum ac ſpongio-
ſum admodum carie ſi corripitur ac excida-
tur difficulter callo locus repletur, ſed aut
ulcuſculum aut fiſtula relinquitur. verberat
namque indefinenter locum affectum pul-
mo, viſcus humidum, impeditque calli con-
cretionem. Idem in facie evenire cernimus ſi
carie tactum ſit oſſiculum majoris oculorum
anguli, lachrymalem ſemper relinquit fiſtu-
lam. nonne eadem de cauſâ? Idem in fronte,
ad narium radicem, evenire ſolet. verum ibi
calli deeſt materia.

Y y

CAP.

*Quomodo os excidatur: & de Modiolo & terebra,
ferramentis ad id paratis.*



DE excidendo osse, capite egit præcedente, cum sanationis nulla spes. Instrumenta nunc profert, quorum ope excisio commodè fiat; simulq; utendi modum addit. qui tamen, majore parte, ad cranij os pertinet.

Exciditur verò os duobus modis. ^a Si parvulum est, quod laesum est, ^b modiolo, quem $\chi\omicron\upsilon\upsilon\iota\sigma\iota\omicron\nu$ græci vocant: si spatiosum, terebris. Vtriusque rationem proponam.

^a Si vitium non sit magnum.

^b De modiolo plenè egimus, Notis nostris in Hippocratem.

^c Legendum $\chi\omicron\upsilon\upsilon\iota\sigma\iota\omicron\nu$ non $\chi\omicron\upsilon\upsilon\iota\sigma\iota\omicron\nu$.

Modiolus ferramentum ^a concavum teres est, imis oris ^b ferratum; per quod medium clavus, ipse quoque ^d interiore orbe cinctus demittitur.

^a Modio figurâ non absimile, unde ei nomen.


^b Quid si ferratum pro ferratum legamus.
nam.

nam quis nescit, si ferramentum sit, imam partem ferratam esse debere?

c Vt eo insistente circumactus modiolus delabi non possit.


d Quis interior hic orbis? aut legendum *exteriore*, aut de abaptisto modiololo loquatur necesse est, nam is orbis habet duos.

Addenda huic descriptioni ea quæ paulo post subjungit Author. *deinde is habendâ quasi terebrâ convertitur*. quæ ut melius intelligi possint, en modiololi picturam.



Torebrarum autem duo genera sunt: Alterum simile ei, quo fabri utuntur: Alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius

Y y ij *fit*



fit, atque iterum ab alio principio paulominus quàm equaliter sursum procedit.

Vtriusque picturam præcedens exhibet pag:

Si vitium in angusto est, quod comprehendere modiolus possit, ille potius aptatur. Et si caries subest, medius clavus in^a foramen demittitur.

^a In foramen, quod caries in osse fecit.

Si nigrities, angulo scalpri sinus exiguus fit, qui clavum recipiat, ut eo insistente circumactus modiolus delabi non possit. Deinde is habenâ quasi terebra convertitur. ^a Estque quidam premendi modus, ut ^b foretur, & circumagatur: quia si leviter imprimitur, parum proficit: si graviter, non movetur.

^a Lego: Estque; quid in premendi modo, observandum nempe.

^b Vt simul foretur & circumagatur. nam dum modiolus uteris, altera manu manubrium convertis; alterâ capiti manubrij impositâ, prout illam aut fortiter minusve premis, etiam plus minusve ager modiolus.

Neque alienum est ^a instillare ^b paulum rosæ, vel lactis, quò magis lubrico circumagatur. Quod ipsum tamen si copiosius est, aciem ferramenti hebetat: at ubi jam iter modiolus pressum est, ^c medius clavus educitur, & ille per se agitur. Deinde cum ^d sanitas inferioris partis scobe cognita fuerit, modiolus removetur.

Y y iij

^a Ne

^a Ne nimium incalescens modiolus os ejusque medullam inflammet. operarij id norunt, unguine terebras tingentes.

^b Oleum rosaceum, aut lac affunditur ad temperandum ferrum. Oleum aut pinguedo facile per se inflammatur, idcirco Hipp. de Cap: Vulner: non nisi aquæ frigidæ immergit terebram; quod ipsum etiam hoc Capit: statim Celsus monet.

^c Ne si forte agro tenuius sit cranium per-rumpens clavus membranam lædat: nam clavus paulo magis quàm extrema modioli ora eminet.

^d Non enim est animus plus ossis auferre quàm læsum est. Si itaque inferior ossis pars scobem sanam emittit, ulterius non pergendum.

At si latius vitium est, quam ut illo comprehendatur, terebra res agenda est. Ea foramen fit in ^a ipso sine vitiosi ossis atque integri, deinde alterum non ita longè, tertiumque donec totus is locus qui excidendus est, his carvis cinctis sit. atque ibi quoque ^b quatenus terebra agenda sit, scobis significat. Tum ^c excisorius scalper ab altero foramine ad alterum malleolo adaptus, id quod inter utrumque medium est, excidit: ^d ac si ambitus similis ei sit, qui in angustiore orbem modiololo imprimitur.

^a Ita

^a Ita quidem ut terebra paulo magis in os integrum inclinet, indeq; aliquid scobis integre auferat, ne forte quid ichoris carioli relictum os denuo inquinet.

^b Id est, quousque seu quàm profundè ossi immittenda sit terebra, cognosces ex sanâ scobe. ulterius enim non progrediendum.

^c Cujus picturam videre est est pag: 118. ad Hipp: de Cap: Vulnerib. Ferramentum excavatum est, quod ab uno ad alterum foramen malleolo adigitur.

^b Lego ac sic. Exemplaria habent, ac si. Quis sensus, hoc pacto si legamus?

Vtro verò a modo id circumductum est, idem excisorius scalper in osse corrupto b planus summam quamque testam c laesit, donec integrum os relinquatur.

^a Sive modiolò, sive terebris ac excisorio scalpro.

^b Iubet, ut exciso osse, ad lævigandam oræ seu circumferentiæ quam ferramentum fecit asperitatem, chirurgus loco cyclisci planum scalprum sumat. amplius etenim jam auferendum nihil, tantum lævigandus limbi ambitus.

^c Non *laesit* sed *læviget* scripsisse Celsum omnino

nino puto. Quid namque vocula, læsit, hic significare possit, equidem non video.

^a *Vix unquam nigrities integrum, caries per totum os perumpit. maximeq; ubi vitiosa calvaria est.* ^b *Id quoque signi specillo significatur, qui depressus in id foramen, quod infra solidam sedem habet,* ^c *Et ob id renitens aliquid invenit, & madens exit.* ^d *Si pervium invenit, altius descendens inter os & membranam nihil oppositum invenit, educiturq; siccus, non quo non subsit aliqua vitiosa sanies, sed quoniam ibi ut in latiore sede diffusa sit.*

^a Nigrescit superficies ossis extima, interiora carie emolliuntur. non itaque sic argumentari licet, ablata nigredo est, ideoque os suæ restitutum est integritati. non enim nigredinem, sed cariem auferre conatur chirurgus,

^b Ablatâ nigredine, apprimendum ossi specillum, eoque explorandum quousque pervadat caries. Duo hic tradit signa Celsus ventum esse ad os integrum. 1. cum non altius demergitur, sed quid renitens sentit specillum. nam quod cariosum est, emollitum ab exedente est materiâ. 2. si eductum specillum circâ extremitatem madorem ostendat, significat namque illud, ad medullam integram

gram devenisse specillum. Etiam carie corrosum os molle licet sit, non tamen madet (absumpta namque est nativa succulentia) verum friabile est.

^c Tres hæc voculas & ob id delendas censeo, quum sensum turbent.

^d Anne certum id signum, dicat quis, tam diu cariem se extendere quam diu siccum prodit specillum? non inquit Author, nam cum universum os, utramque dico ejus superficiem pervadit caries, etiam tum prodibit instrumentum siccum. causaque additur.

Sive autem nigrities, quam terebra detexit, sive caries quam specillum ostendit, os transit, a modioliquidem usus ferè supervacuus est, quia latius pateat necesse est, quod tam altè processit. Terebrâ verò eâ, quam secundo loco posui, utendum, eaque ne nimis incalcescat, subinde in ^b aquam frigidam demittenda est. Sed rum ^c majore curâ agendum est, cum jam aut simplex os dimidium perforatum est, aut in duplici superius. Illud, spatium ipsum: hoc sanguis significat.

^a Itaque excisorio cyclisco hic utendum.

^b Ante jubebat affundi oleum rosaceum, aut lac, ad majorem ferramenti lubricitatem; facilioremque circumactionem; nunc,

Z z

ad

ad temperandum quem attritus excitat æ-
stum, frigidâ temperat.

^c Hæc ideo ab Authore monentur, ne pri-
mâ tabulâ pertusâ, si fortius manubrium pre-
mas, præter expectationem instrumentum
in membranam irruat, eamq; lædat.

*Ergo tum lentius ducenda habena, ^a suspendenda-
que magis sinistra manus est, & sæpius attollenda, &
foraminis altitudo consideranda: ut quodocunque os
perrumpitur, sentiamus. neque periclitemur, ne ^b mu-
crone cerebri membrana lædatur. Ex quo graves in-
flammationes cum periculo mortis oriuntur.*

^a Non fortiter premenda manubrij sum-
mitas, ne incogitanti eveniat internæ tabulæ
perruptio.

^b Mucrone terebræ, quæ extremitate acu-
men habet.

*Factis foraminibus eodem modo media sæpe, sed
multo circumspèctius excidenda sunt, ne forte angulus
scalpri eandem membranam violet; ^a donec fiat aditus,
per quem membrana custos immittitur, ^b *ὑλωρῶν φά-
λακα* Græci vocant. Lamina aenea est, firma, paulum re-
sima, ab exteriori parte levis, quæ demissa est, ut exte-
rior pars ejus cerebro propior sit, subinde ei subjicitur,
quod scalpro discutiendum est: ac si excipit ejus an-
gulum, ultra trāsire non patitur, eoq; *&* audacius *&*
tutius*

tutius scalprium malleolo subinde medicus ferit, donec excisum undique os eadem lamina levetur, tollique sine ullâ noxâ cerebri potest.

^a Menyngum tanta quum sit dignitas & cum cerebro sympathia, Veteres modiolis excisari os, tribus utebantur cautelis: trepano utebantur abapristo: adhibebant meningophylaca vocatum instrumentum; non pertundebant simul ac semel utramque tabulam, sed ad internam ubi ventum, ita manubrium ducebant, æqualiter uti non scinderet, verum sinistra manu prementes inæqualiter, hoc efficiebant, unâ tantum uti parte os parum pertusum esset. Per illum locum immittebatur menyngophylax, isque medius inter cranium subjectamque uti esset membranam id adnitebantur. eo namque postquam perducta res, jam tum audacius reliquum ossis excindebant. excipiente ferramenti ictum menyngophylace.

^b Cuius hæc est delineatio.

Z z ij

Hac



Hac figurâ adhibitâ descriptionem quam hic adfert Celsus intelligere non est difficile.

Vbi totum os eiectum est, circumradendæ a levandæque sunt ore, & si quid scobis membrana insedit, colligendum. Vbi superiori parte sublata inferior relicta est, non ora tantum, sed ^b os quoque totum levandum est, ut sine noxa postea cutis increseat; quæ aspero ossi innascens, protinus non sanitatem sed novos dolores movet. ^c Patefacto cerebro, quâ ratione agendum sit, dicam, cum ad fracta ossa pervenero.

^a Nam uti eodem hoc paragrapho Author, aspero ossi innascens caro, non sanitatem sed novos dolores movet. Etenim exigua illa exstantia fragmentula ferramenti circumactione in limbo ossis relicta naturæ negotium facessunt: quæ ob id non quiescet, nisi illa separata abjecerit. quod dum facit, probam carnem producere nequit.

^b Hæc

^b Hæc non absque debitâ cautione sumenda. quid enim? lævigabit chirurgus excisâ primâ tabulâ ipsam internæ tabulæ superficiem? itaque universum meditullium auferatur necesse est. Prudenter ac circumspetè hac in parte chirurgus, adhibito medico, agendum.

^c Denudatam cerebri superficiem extimam intelligit, quod diffissa fit menyngæ.

Si a basis aliqua servata est, superimponenda sunt
^b *medicamenta non pingua, quæ recentibus vulneribus accommodantur, supraque imponenda lana succida*
^c *oleo atque aceto madens. Ubi autem tempus processit, ab ipso*
^d *ossè caro increfcit, eaque factum e manu finium complet.*

^a Si non fuerit utraque tabula excisa.

^b Hæc ἀλίπαντα, ἀλίπαντα, ἔλαιμα, etiam κατὰ γυμνάσια græcis dicuntur. quorum nonnullas apud Celsum descriptiones videre est cap: 19. lib: 5. uti emplastrum barbarum, choacon, smaragdinum, aliaque. Constant ex ficcantibus plæraque omnia medicamentis, quibus cum ficco osse amicitia.

^c Ad leniendam ossis asperitudinem, placandumque dolorem; alias oleosa hic non conveniunt.

Z z iij

^d Non

^d Non ab osse integro, sed à quo pars ablata. intermedia namque medulla, novæ carunculæ suppeditat materiam.

^c Manu chirurgi.

Si quod etiam os ^a adustum est, a ^b parte sanâ recedit: subitque inter integram atque emortuam partem.

^c caruncula, que quod abscessit expellit, eaque ferè quia testa tenuis & angusta est, squamma λεπίς a Grecis nominatur.

^a Caeterio factum.

^b Etenim absumptâ ejus nativâ succulentia, excrescat os necesse est. arido, quia cum integro nihil simile, illud secernere abjicereque natura nititur.

^c Illam suppeditat luxurians in refocillato osse medulla.

Potest etiam evenire, ut ex ictu neque findatur os, neque perfringatur, sed summum tantum ^a collidatur ^b exaspereturque. Quod ubi accidit ^c radi & levari satis est.

^a Modicè introrsum trudatur. pueris, feminis, ijsque humidum quibus molleque cranium, familiare. cui debetur ossis reductio in pristinum statum. quibus medijs, vide notas in Hippocratem pag: 88.

^b In fede dictâ læsionis cranij specie; quum
nimi.

mirum telum sui reliquerit in osse vestigium asperum.

^c Radendo lævigari ac deleri debet asperum teli vestigium. nam in collisione, scalpura locum non habet.

Hæc quamvis maxumè fiunt in capite, tamen cæteris quoque ossibus communia sunt, ut ubicunque idem incidet, eodem ^a remedio sit utendum. Atque cum ea fracta, fissa, forata, collisa sunt, quasdam ^b proprias in singulis generibus, quasdam communes in pluribus curationes requirunt. De quibus protinus dicam, initio ab eadem calvaria accepto.

^a Iisdem medicamentis, non verò chirurgicis instrumentis. cum namque planitiem non habuerint ossa, vix modiolus est locus. ita quæ tenuia adeo, vix uti duas animadvertere tabulas queas, quopactò cyclisco inibi locus erit? quid ibi poterit terebra?

^b Succulentius namque, medullâ referum copiosiore, ideo quæ calidius reliquis ossibus cranium quum sit, indicationes habet peculiare, alijs minus convenientes, quas ad Hipp: de Vulnerib: Capit: exposuimus.

CAP.

De Calvaria Curatione.



Igitur ubi ea ^a pertusa, protinus
 requirendum est, num ^b bilem
 is homo vomuerit, num ^c oculi
 eius obcaecati sint, num ^d obmu-
 tuerit, e num per nares aures-
 ve sanguis ei effluxerit, e num
 conciderit & num sine sensu
 quasi dormiens jacuerit. Hac enim ^h non nisi osse fra-
 cto eveniunt. Atque ubi inciderint, scire licet ⁱ ne-
 cessariam, sed difficilem curationem esse.

Non à quovis in caput incidente ictu cal-
 varia continuum solvitur, licet nihilominus
 periculosissima orientur symptomata. potest
 namque præ tremulo capitis motu, cranio
 integro commotum esse cerebrum perturba-
 taque facultas animalis, unde torpor, paraly-
 sis, vertigo, apoplexia, aliaque incommoda.
 possunt vascula in interioribus capitis lace-
 rata sanguinem effudisse, illasâ licet calvâ.
 Hac de causâ Celsus initio capitis in ea in-
 quirat signa quæ medicum ac chirurgum cer-
 tiorem, quantum fieri potest, reddunt pertusi
 cranij.

Legi-

^a Legitur à nonnullis *percussa*, quum tamen *perusa* ab eo scriptum existimem. in eâ namque fuit sententiâ Celsus, in quâ plerique, ea quorum hic meminit symptomata non evenire nisi ruptâ calvâ. ideo protinus subjungit: *Hæc enim non nisi osse fracto eveniunt.* nam fatendum est, ut plurimum os perusum esse, hisce se ostendentibus signis, quamvis non ita sint certa fallere uti nullo pacto queant. dixit namque Author primis Capitis ^a verbis: *omne os ubi injuria accessit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco movetur.* Potest foratum esse, licet non perforatum cranium. Tum & collisum ac intro trusum, nullâ licet laboret continui solutione.

^b Turbato ventriculo, ob nervos stomachicos ictu commotos, nam ij e cerebro prodeuntes superiori ventriculi orificio infinguntur

^c Afflictis opticis, ac ob id visorios spiritus oculis uti oportet non affudentibus.

^d Tactis aut vocalibus, aut à quibus linguæ motus pendet nervis.

^e Laxato sinu falcem referente præ ictus vehementiâ.

A a a

Atto-

f Attonitus, ventriculis imo universo cerebro commoto, eoq; officium suum negligente.

g Apoplexiæ correptus specie.

h Non, id est rarò. alias quotidie in mendacio deprehendetur Celsus. Videmus namque, aut cuncta hæc symptomata aut earum non minimam partem apparere integro omni ex parte cranio : è contrà nullum horum se ostendere, & tamen fissum, imo fractum insigniter esse caput.

i Necessaria, quum indicent non exiguam accepisse labem cerebrum : difficilem, majore namque molestiâ curatur cranii vulnus, cui principis partis affectus se jungit, quàm ubi simplex est vulnus.

Si verò etiam torpor accessit, si mens non constat, si nervorum vel resolutio vel distentio secuta est, a verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoque in angusto magis spes est.

a Rectè dubitas elegantissime Scriptor, quum hic nihil neque certum neque perpetuum. præstitisset itaque præcedente dicere paragrafo: *Hæc enim nisi osse fracto raro eveniunt.*

Et protinus considerandum est, a lapide, an ligno, an ferro

an ferro, an alio telo ^b percussum sit: & hoc ipso leni an aspero, mediocri an vastiore, vehementer an leniter. Quia quo mitior ictus fuit, eò facilius os eï restitisse credibile est.

^a Obtusa namque tela os discindere nequeunt; acuta verò ac scindentia rarò fissuram pariunt.

^b Lego, percussus sit. nam præcedentibus de ægro, non de cranio aut capite locutus fuit.

Sed nihil tamen melius est, quàm certiore id notâ explorare. Ergo qua plaga est, ^ademitti specillum oportet, neque nimis tenue neque acutum; ne cum in quosdam ^b sinus naturales inciderit, opinionem fracti ossis frustra faciat; neque nimis ^c plenum; ne parvula rimula fallant. Vbi specillum ad os venit, si nihil nisi leve & lubricum occurrit, integrum id videri potest. Si quid asperi est, utique qua ^d sutura non sint, fractum os esse testatur.

Omni conatu necesse est num divisum necne sit cranium, certus sit chirurgus, quod si sit, scalpura necessaria; sin minus, à rasurâ abstinendum. quantum namque ossis aufertur, tantum de nativo tegmine cerebro decedit. Præmissis itaque signis verisimilibus, certiora nunc tradit, quæque in sensu consistunt.

A a a ij

Didu-

^a Diductis prius pericranio cum perioffio. Etenim hoc integro, nihil dabit certitudinis exploratio specillo quæ fit.

^b Inæqualitates quas à naturâ nonnulla habent capita. nam specilli acumen ibi subsistens hæsitansque rimæ suspicionem frustra movebit.

^c Nimis aut latum aut obtusum. causam subdit Author.

^d Nisi forte peculiare nactus fuerit suturas vulneratus, quod nonnullis accidit. Vide Comm: in Hipp: de Capit: Vulner: pag: 16 Hoc ævo etiam specillo pulsant denudatum cranium, ut clarior obtusiorve sonus de fissura, aut integritate calvæ certiore faciat chirurgum.

A futuris se deceptum esse a Hippocrates memoria prodidit, more scilicet magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, ^b quia nihil habent, nihil sibi detrahunt: magno ingenio, multa que nihilominus habituro, convenit etiam ^c simplex veri confessio, præcipue que in eo ministerio quod utilitatis causâ posteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis ante deceptus est. Sed hæc quidem alioquin memoria magni Professoris, uti interponeremus effecit.

Locus

^a Locus est Epid: 5. Historia 27.
^b Hic verè locum habet Salvatoris nostri dictum: Habenti dabitur, & à non habente, auferetur etiam illud quod habet.

^c Errare namque humanum est, at in errore perseverare, ab omni humanitate alienum. neque simplex Erro hæreticus fuerit, sed qui pravam quam concepit opinionem cum pertinaciâ retinet. de quo verè dicitur: *video meliora proboq̄, deteriora sequor.*

Potest etiam futura eo nomine fallere, quia æquè
^a *aspera est, ut aliquis hanc esse, etiam si rima est, existimet eo loco, quo subesse hanc verisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet, sed*
^b *os aperire tutissimum est.*

^a Non omnibus dentatæ futurarum compages æquè prominent, sed alijs magis, minus alijs. Si cui itaque rimam egerit os loco futuræ admodum asperæ vicino valde, chirurgus obtuso utens specillo rimam minus eminentem non tanget, asperam futuram percipiet. itaque de fissura quum nulla ei suspicio, neque locum affectum instrumentis tanget. corrumpetur itaque ac putrescet os ob laniem rimâ collectam.

^b Non quidem ipso futuræ loco, sed vicino.

A a a iij

cino.

cino. nisi de pericranij apertione eum loqui velis; quod non displicet.

Nam^a neque utique certa sedes, ut supra posui, suturarum est: &^b potest idem, & naturaliter commissum, & ictu fissum esse, juxta ve aliquid fissum habere.

^a Nonnullæ namque ordinariam stationem mutant, quod sagittali non infrequenter accidit, frontem non solum verum occiput insuper secans. Tam coronaria quam lambdoides subinde figuram mutant, rectilineæ fiunt. nonnulli, peculiare habent futuras, quod circa occipitis os sæpiusculè à me observatum.

^b Illud sane interdum evenit, fissura uti & in ipsam incidat futuram, & nihilominus etiam adhuc habeat rimam locus qui futuræ vicinus.

Quin aliquid etiam, ubi ictus fuerit vehementior, quamvis specillo nihil invenitur. tamen aperire commodius est.

Loquitur de pericranij apertione; quam ubi vel minima læsi cranij fuerit suspicio institui vult, quum ejus conditionis sit capitis cutis, non magno uti negotio sanescat, etiam si frustra defecta est.

At si

At si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est, deinde scalpro id deradendum. Nigritiem enim continet si quid fissum est.

Tertia inveniendi rimas ratio, ubi neque symptomata sufficiunt, neque specillum certitudinis satis exhibet; jubent namque tali casu Veteres (inventi hujus author primus fuit Hipp: lib: de Vulner: Capit:) ut qui fissuræ suspicionem dat locus, à cute ac perostio plenè liberatus, atramento tingatur. atramento ficcato, scalpro radatur: rimula namque etiam angustissima si fuerit, ei atramentum se insinuabit, neque superficiariâ ossis scalpturâ ejus delebitur vestigium. modus hic satis certus est.

Solet etiam evenire, ut aliâ parte fuerit ictus, & os^a alterâ fiderit. Itaque si graviter aliquis percussus est, si mala indicia subsequuta sunt, neque eâ parte qua cutis discissa est rima reperitur, non incommodum est^b parte alterâ considerare, numquis locus mollior sit, & tumeat, eumque aperire. Siquidem ibi fissum os reperietur; nec tamen magno negotio^c cutis sanescit, etiamsi^d frustra desecta est.

^a Hanc vulneris capitis speciem, Infortunium vocat Hipp: Verè namque infortunatus is

tus is æger, cui ictus loco nihil se ostendens, aliam fiderit partem. nec enim semper loco ex diametro opposito est continui solutio; sæpe vicino, quum tamen ne inibi quid se ostendat. Accidit, ut interna tabula fissa sit, quæ ictum excepit integrâ. Quid itaque chirurgus hoc casu?

^b Considera, inquit Celsus, num alterâ parte locus mollior sit, & tumeat, eumque aperito. incerta hæc admodum; unde namque tumor oedematosus? nullus locus ictus fuit.

^c Capitis cutis facile sanescit, utpote substantiam nacta succulentam, pinguem, longæque magis quam quæ reliquum corporis cingit cutis solidabilem.

^d *Etiam si frustra defecta est. Scio nonnullos legere, in frustra. magis placet usitata lectio.*

Os fractum, nisi succursum est, gravibus inflammationibus afficit, difficilusque postea tractatur.

Paragraphus hic monitionem continet tacitam, non esse procrastinandum solum ubi ossis fuerit continuum. nam licet vel angustissima sit rimula, nî protinus scalpro deleatur, collectus ichor putrescens ipsum os inquinabit; imo paulatim descendendo membranam in consensum trahet; hinc postea

Ita licet manus adhibeatur, ut plurimum jam conclamatum erit. Serio id monet lib. de Capitis Vulnerib: Hipp: dicens: *nul- lum capitis vulnus leviter haberi debet: sæpe enim cutis sola contusa ferro, aut aliâ aliquâ re, si non diligenter & cum quadam cautione curetur: veluti si sanguis concretus non expurgetur, aut aliud quiddam negligatur, ulcus inrudescens non parum molestie exhibet. Et medico quidem negotium, egro vero periculum creat.*

^a Rarò sed aliquando tamen evenit, ut os quidem totum integrum maneat, intus verò ex ictu vena aliqua ^b in cerebri membrana rupta aliquid sanguinis mittat, isque ibi concretus magnos dolores moveat, ^c oculosque ^{*} obcecet. Sed fere contra id dolor est, & eo loco cute incisâ pallidum os reperitur. Ideoque id quoque os excidendum est.

* oculo sine parte
obcecet non-
nulli legunt.

^a Imo frequenter. tumque illa se ostendunt quorum capitis exordio facta mentio, symptomata.

^b Illi potissimum ramuli qui ex sinu duræ prodeuntes menyngis, in tenuem ipsumque se infnuant cerebrum. ut quorum major pars angusta admodum & capillaris.

^c Quis potius oculos quam alias cerebri partes petat concretus hic corruptusque san-

B b b

guis

guis equidem non video. Verum præ putredine inflammatus, in eandem labem ipsum trahit cerebrum; inde phrenitis aliaque mala.

^d Signa hæc infida admodum. caveat idcirco ne quid temerè hic tentans chirurgus, & sibi & arti notam inurat.

Quacunque autem de causa curatio hæc necessaria est, ^a si nondum satis cutis patefacta est, latius aperienda est, ^b donec quidquid lesum est, in conspectu sit. In quo ipso videndum est, ^c ne quid ex ipsa membrana, que sub cute calvariam cingit, super os relinquatur. Siquidem hæc scalpro terebrisve lacerata, vehementes ^d febres cum inflammationibus excitat. Itaque eam commodius est ex toto ^e ab osse diduci. Plagam, ^f si ex vulnere est, talem necesse est habeamus qualem acceperimus. Si manu facienda est, ea fere commodissima est, ^g que duabus transversis leneis litteræ X figuram accepit, ut deinde à singulis procedentibus ^h singulis cutis subsequatur.

^a Os quum chirurgicâ encheiresi tractari debeat, probe ac omni ex parte denudetur necesse est. Si itaque continui solutio quam telum dedit non disciderit pericranium quod satis est, ulterius novaculâ dividatur; nam sæpe rima ulterius quam se habeat inflatum

Atum vulnus, extenditur; interdum depressum cranium reduci debet, fit, ut sedes deleri debeat. quænam observanda sint in pericranij separatione hic tradit.

^b Prima cautio, ne sit meticulosus in segregandâ cute chirurgus, sed tantum dividat, quantum res exigit, hoc est quanta fissura fuerit longitudo; aut etiam, ut spatium habeat sufficiens adhibendo modiolis, apprimendis cyclis, ducendis scalpris.

^c Vno eodemque ictu cum pericranio etiam periostrion discindendum. illud namque indivisum si relinquatur, non potest non dolori aliisque symptomatis dare ansam, quum non solum exquisitè sentiat, verum insuper pars duræ menyngis sit.

^d Ratione summæ sensationis ac doloris hæc dat symptomata peristion læsum, tractâ nimirum in consensum menynge, imò eâ mediante ipso cerebro.

^e Quod ipsum postquam cutis incisa fuerit linamentis mollibus carptis volvisque periostrio submissis, commodè fiet.

^f Si quam telum dedit sufficientem habeat capacitatem plaga.

^g Quæ decussatim pericranium discindit,
B b b ij ita

ita ut in chiasmi centro quatuor ostendat angulos, qui in diversa abducti, os satis superq; denudent.

^h *Angulis* lego, non *singulis*. quis enim tum sensus?

Inter quæ ^a *si sanguis fertur*, ^b *spongia subinde in aceto tineta cohibendus est*, occupandusq; *objectis linamentis*, & ^c *caput altius excitandum*.

^a Discissum pericranium, ob insignia vasa, multum sanguinis fundit. compescendus is si largiter feratur, neque sanguine abundet æger. si plethoricus est, præ animi commotione pericranij vasa admodum turgeant, finendus paululum uti fluat (ita tamen ne quid nimis) idq; ad avertendam inflammationem.

^b Aut admovenda linamenta bolo, ovi albumine, aceto, rosarum pulvere tineta. illa enim robur addent partibus læsis, hæmorrhagiam sistent, æstum capitis temperabunt.

^c Si namque declive sit caput, difficilius cohibetur sanguinis impetus.

Neque id ^a *vitium ullum metum*, nisi inter ^b *musculos qui tempora continent*, adfert. Sed ibi quoque nihil tutius fit.

^a Pericranij, periostijque dissectio.

^b Mus-

↳ Musculos temporales discindere per transversum præfertim, gravissima excitat pericula, nec raro mortis metum. in tempora itaque si incidat vulnus ossis denudationem exposcens, aut ducenda secundum fibrarum ductum novacula, aut instituenda loco vicino sectio.

Miror Authorem nullum statuere quoad dissectionem metum, nisi in solis temporibus, quum etiam frons propter palpebrarum musculos; occiput ratione musculorum caput moventium religiosè, nec nisi à perito chirurgo incidi debeat.

In omni verò fisso fractûve osse protinus a antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius est ante emplastra experiri, quæ calvarie causâ componuntur. Eorumque aliquid oportet ex aceto mollitum, per se super fissum fractumve os imponere, deinde super id aliquanto latius quàm vulnus est, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea succidam lanam aceto tinctam.

Paradoxum hoc proponit paragrapho Celsus, vetans ne statim ab ictu fisso fractove cranio manus chirurgica adhibeatur, sed ut primis diebus poroticis medicamentis glutinationem tentet chirurgo imperans.

B b b iij quum

quum nihil adeo in capitis vulneribus dam-
nosum sit ac procrastinatio. causæ præceden-
tibus aliquoties dictæ. standum itaque hac in
parte ab Hippocrate, ut protinus prifis insti-
tuatur præcipiente; ne si morâ ars malo vi-
cta fuerit, aut fefellisse aut ignorasse chirur-
gus videatur.

^a *Experientiâ docti, festinatione in illis
opus esse; ne quod prioribus diebus non per-
cipiunt incommodum vulnerati, postmo-
dum cum sænore experiantur, sicque serò
sapiant.*

^b *Non volunt antiqui in omni fisso fra-
ctove osse protinus os excidi, sed incidi mo-
nent. purgant, rimasque delere nituntur ac-
commodatis huic rei scalpris, similiaque sta-
tim initio instituunt.*

^c *Quæ cephalica, catagmatica, porotica
græci; à Celso præscripta 19. Cap: lib: 5.*

^d *Hæc emplâstrorum admotio non solum
non auferet eam quæ fissuris latitat saniem,
verum ejusdem expulsionem impedit. im-
pediet quoque crassitie suâ fuliginum efflu-
vium, unde inflammationes, putredines,
malorumque ilias.*

*Tunc vulnus deligare, & quotidie resolvere, simi-
li:er-*

literque curare usque ad diem quintum. A sexto die, etiam vapore aqua calida per spongiam fovere. cetera eadem facere. Quod si caruncula increfcere coeperit, & febricula aut soluta erit aut levior, & cupiditas cibi reverterit, satisque somni accedet, in eodem medicamento perseverandum. Procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosa facto, quo facilius carnem producat. Hac ratione saepe b rima callo quodam implentur, estque ea ossis velut cicatrix; & latius fracta ossa si qua inter se non coharebant, eodem callo glutinantur, estque aliquanto melius velamentum cerebro, quam caro quae exciso osse inerescit.

^a Vides, Celsum nullam adhibere ossi pristin ad diem usque sextum. imo, si nulla se ostendant symptomata, in eodem medicamento perseverandum jubet. nullo pacto tamen audiendus. nam ob ossis duram solidamque consistentiam, ijs potissimum qui ad vulneris usque tempus bene sani, validaque fuere corporis constitutione, fit inquam subinde os uti tardius quam alijs putrescens ad hoc usque tempus, imo & ulterius nulla ostendat symptomata, verum maxumè arri-dens insidias maxumè fruatur, ægrumque omne periculum se jam superasse existimantem, obruat.

obruat. Securitate nihil pejus in capitis vulneribus.

^b Callo replebitur rima, ac quod subest corruptum, ægrum pessundabit.

Si verò sub ^a prima curatione febris intenditur, brevesque somni & ijdem per somnia tumultuosi sunt, ulcus madet neque alitur, & in cervicibus glandule oriuntur, magni dolores sunt, cibi que super hæc fastidium increfcit, tum demum ad manum scalprumque veniendum est.

^a Per primam curationem non intelligit eam quæ initio illati vulneris instituitur, quomodo namque poterit dici principio ulcus madere; non ali; magnos adesse dolores, quorum hic fit mentio? sed vult per primam curationem, eam quæ absque crisi primis diebus usque ad 7 aut 8 instituitur. mens itaque Authoris est, non antea de crisi cogitandum quàm ostendentibus se symptomatis. At verò fatifcentibus viribus (quod fit cum symptomata se ostendunt) opus adeo periculosa plenum aggredi alex, consultum minimè est. Dicat quis, Hipp: lib: de Vulnerib: Capit: exsecare utramque tabulam simul ac semel, etiam tum quum aliquot jam effluxis diebus chirurgus initio ad curandum adhibendo

bitus

bitus non fuerit. Scio, sed & illud scio, Hippocratem nullo pacto præscribere pristinæ ejusmodi apparentibus symptomatis, verum integris ægri viribus. imo jubet, ut si mala indicia se prodant, purgato prius per cholagogum corpore, expectet donec symptomata desinant. consulatur ejus liber circa finem, sicque se rem habere videbis.

Duo verò sub istu calvaria pericula sunt, ne vel a findatur, vel medium b desinat. Si fissum est, possunt c ora esse compressæ, vel quia d altera super alteram excessit, vel etiam e quia vehementer rursus se commiserunt. Ex quo evenit, ut humor ad membranam quidem descendat, exitum verò non habeat, ac sic eam irriter, & graves inflammationes moveat: Ubi medium desedit, & eandem cerebri membranam os urget, interdum etiam ex fracturâ quibusdam velut aculeis pungentibus.

Hoc jam paragrapho diversos quibus os finditur frangiturve, proponit modos. Etenim aut simplex est rima aut composita. Simplex cum os non nisi fissum est. Composita, cum simul fractum, ita ut duo plurave fragmenta soluta fluctuent. cum non solum soluta fragmenta sed & violenter à cranio avulsa, membranæ cerebri se infigunt, si fissu-

C c c

ra cum

ra cum depressione concurrat, ita ut oræ sive limbi ossis fissi intus fidant, sicque sibi invicem coadunentur, nihil uti superflui eici queat. Aut etiam, si avulsum ab uno latere fragmentum sub oram ossis se receperit oppositi. Compositi hi modi omnes cum periculo conjuncti sunt; minus simplex rima, ea potissimum utramque quæ non penetret tabulam; ut quæ scalpris deleri potest. at difficultates jam traditæ, quæ se non raro jungunt, aut pungendo membranam cum cerebro, aut idem premendo, molestiæ imo & periculi non parum secum trahunt.

^a Simplicem nudamque faciat rimam, quæ quo minor, superficiaria magis, minus altè penetrans, eò minus difficultatis.

^b Hoc est, Esphlasi, sive tertiâ vulneris capitis specie ab Hipp: proposita laboret; Decessionem, Depressionem, Introcessionem vocant non quidem simplicem (nam illa in Thlasi evenit) sed talem qua fissum os simul intus compellitur.

^c Quod ipsum absque Esphlasi ut fiat impossibile est. Si quando verò fiat, fit ut extus connivens, intus verò hians rima, ni scalpris patentior reddatur, fit inquam ut exitum sanies

nies non inveniens, in subjectam stillet membranam; quod periculi plenum.

^d Avulsa ab uno latere ossis pars receperit se sub ossis oppositi limbo. idipsum citrà cerebri compressionem fieri quum nequeat, oritur apoplexiæ metus.

^e Quod nisi Esphlasi fieri nequit.

^f Nam quanta est exterior quæ apparet lacuna, tantum intus prominens tumensque os, motum membranæ cerebrique impediatur necesse est.

^g Rectè fracturam vocat, quum aculeos hoc est aculeata dare fragmenta nuda rima nequeat.

His ita succurrendum est, ut tamen quàm minimum ex osse dematur.

Præceptum hoc universale est, in quocunque cranij vulnere. multum namque ossis instrumentis si auferas, præterquam cerebrum aëri admodum quòd exponas, etiam nativum ei eripis tegumentum.

Ergo si ora alteri insedit, ^a satis est id quod eminet plano scalpro excidere, quo sublato jam rima hiat quantum curationi satis est.

^a Hoc satis non est; auferri enim debet eminens limbus ossis fragmentum occultantis,

C c c ij.

tis,


tis, non tam ut spatium superflua ejiciendi nanciscatur natura; verum insuper fragmentum sub opposito latens osse extrahi debet: hac enim ratione & hiantem effeceris locum expellendis intus latentibus sufficientem, & quoque liberum attuleris membranæ cerebroque motum. quod bene notandum.

At si ora inter se comprimuntur, à latere ejus interposito digiti spatium terebrâ foramen faciendum est, ab eoque scalper duabus lineis ad rimam agendus ad similitudinem C litteræ, a sic ut vertex ejus à foramine basis ad rimam sit. Quod si rima longius patet, ab altero foramine rursus similis sinus fieri debet, & ita nihil latens in eo osse concavum est, abundeque exitus datur intus ledentibus. Ne si fractum quidem os desedit, totum excidi necesse est; sed si fractum quidem perfractum est, & ab alio ex toto recessit: sive circumpositæ calvarie inhaeret exigua parte, ab eo quod naturaliter se habet, scalpro dividendum est. Deinde in eo quod desedit juxta rimam quam fecimus, foramina addenda sunt. Si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria: septaque eorum excidenda. & tum scalper utrimque ad rimam agendus, sic ut lunatum sinum faciat, imaque pars ejus intus ad fracturam, cornua ad os integrum spectent.

Elegantissima curandi Esphlasin ratio, quæ
cyclif-

cyclisco citrà modiolum perficitur, quam-
que Hippocrates non tangit : eam sequens
aperiet pictura.

126.



Hic evidenter conspicitur quo pacto in of-
C c c iij. sein-

se integro fiant foraminula superficialia (vel atramento signare satis fuerit) ab ijsque ducatur duobus semicirculis fissuram versus excisorius scalper, qui septa excidens, & naturæ expellendis superfluis præbet spatium, & chirurgus parat aditum forcibus immittendis, ut eâ ratione prehensum latitans fragmentum educi queat. Encheiresis convenientissima, quæque cum successu non semel sumus usi.

^a Vulgo legitur: *sic ut vertex ejus à foramine basis ad rimam sit.* transpositas puto voces, & legendum: *sic ut vertex ejus à basi foraminis ad rimam sit.* Verticem vocat foramen unde excidendi fit initium. illum vult esse rimæ oppositum, ab eoque duci cycliscum sinu lunato rimam versus, ita ut ima ejus pars fracturam, cornua os integrum spectent.

Deinde si qua ^a labent, & ex facili removeri possunt, forcice ad id facta colligenda sunt, maximeque ea que acuta membranam infestant. Si id ex facili fieri non potest, ^b subjicienda lamina est, quam custodem ejus membranæ esse proposui, & super eam quidquid spinosum est, & intus eminent, excidendum est: eadem laminâ quidquid deorsum insedit attolendum. ^c Hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta

fracta ossa tamen inhaerent solidentur: quia parte abrupta sunt, sine ullo tormento sub medicamentis tempore excidant, spatiumque inter haec satis illis magnum ad extrahendam sanie relinquantur, plusque in osse propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit, eo exciso.

^a Forficibus per excisos immisis sinus vult fluctuantia & omnino soluta fragmenta extrahi, ea potissimum menyngem quae premunt. monitum salutare, nam illa praeterquam glutinari integro ossi quod nequeant, etiam membranam in inflammationem precipitabunt.

^b Menyngophylaca intelligit, cujus cap: 3. iconem dedimus. hujus usu & separanda a cranio menynx, & depressa fragmenta attollenda, & si quae sint frustra nondum omni ex parte soluta, cyclisco separanda. ita namque ab omnibus impedimentis membrana, libera cuncta noxae quae cerebro esse possent excutiet.

^c Sequentibus in antiquam suam delabitur haeresin Author, existimans fragmenta non plenè soluta verum unâ parte etiamnum integro ossi adhaerentia aut solidari posse, aut ope medicamentorum paulatim solvi ac excidere. quae quam sit periculosa, multisque exitiosa opinio, jam ante ostendi. Hic

His factis, a ea membrana acri aceto respergenda est, ut si ve aliquid sanguinis ex ea profluit, cohibeatur: si ve intus concretus cruor remanet, discutiatur.

Fragmentis, membranam pungentibus potissimum, eductis, ad membranæ integritatem convertenda cura. protinus itaque videndum num ejus continuum læserint acuta fragmenta: num quæ vasa rupta sanguinem fundant: num effusus in eam sanguis concreverit: num tumeat, doleat, inflammata sit. hisce namque symptomatis in tempore occurrendum. ijsque si jam urgeant, adhibenda medela.

a Aceto, ut suâ stringendi vi vasa sanguinem fundentia claudat: insuperque ut si quid concretum, dissolvat, eaque ratione membranam purget. verum tepidum sit quod affunditur acetum.

Tum a idem medicamentum eodem modo, qui suprapositus est, mollitum, ipsi membranæ imponendum est. Ceteraque eodem modo faciendæ sunt, quæ ad lintecolum illitum & lanam succidam pertinent: collocandusque is b loco in tepido, & curandum quotidie vultus; his etiam æstate.

a Catagmaticum aceto mollitum, addita lanâ succidâ. fecit paulo ante mentionem. Spon-

Spongiolam mollem chirurgus paret, quàm oleo rosaceo, vino stillatitio quibus iridis permistus pulvis tinctam membranæ apprimat, ut eâ ratione si quid sordium membranæ infideat auferri possit, depressâ quoties vulnus reficitur menyngophylacis ope membranâ simul æger ore naribusque clausis magno conatu expirare nitatur.

^b Ne aut frigore aut madore (utrumque ei summè inimicum) membrana offendatur.

^c Ut sæpius ventiletur locus.

Quod si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa^a tepida.

Topica membranæ applicanda hæc exposcunt conditiones. 1. refrigerent blandè, inflammationi uti resistent. 2. pinguedinis aliquid habeant ad leniendam asperitatem, ex quâ dolor. 3. efficaciam siccant. illa namque tunicæ (*χλωρὴν* enim quam *ὕμλω* frequentius vocatur Græcis analoga. 4. aromatica polleant vi, nam fragrantia cerebro amica. omnes hæc in rosaceo oleo concurrunt indicationes. Si dolor à dictâ causâ non adsit, loco olei substituatür rosacea aqua odorata.

^a Non calida, ne inflammationem augeat; non frigida, ne menyngem lædat.

D d d

Si us

Si usque eo tumebit, ut ^a super ossa quoque emineat, coërcebit eam bene trita ^b lenticula vel folia vitis contrita, & cum recenti vel butyro vel adipe anserino mista: ^d cervixque molliri debebit liquido cerato ex ^e irino facto.

^a Fit subinde præ inflammatione uti tumida membrana super foramen modiollo factum se attollat. res periculi plena, nam impeditur ejus motus; tum & quod prominet ab aëre alteratur.

^b Aut lentem leguminis genus intelligit, aut palustrem lenticulam. utraque namque adstringendi repremendi que pollet vi. Prior hoc casu si utamur, præstabit ea addere quæ Dioscorides cap: 99. lib: 2. ubi de lente agit. compositum namque parat, quod sic describit.

Διψάμιν δὲ ἔχει συπωλικίω. ὅθεν κοιλίας ἴσησι, παραπολσπιδεῖς καὶ ἐψηθείς Ἰπτιμελῶς, ἔ πρώτῃ ἐν τῷ ἀφεψεῖσθαι ὕδατι ὀδοχομένῃ. βέλπιον δὲ τὸ ἴδιον ἔργον διπλολεῖ πρὸς τὰ ῥόδια πετῆς κοιλίας. μιγείσθαι αὐτὰ μὲν ὄξος σέρεως ἢ ἀνδραφάχνης, ἢ σκότλου μέλαι, ἢ μύριων, ἢ σιδίων, ἢ ῥόδων ξηρῶν, ἢ μεσσίων, ἢ οὖων, ἢ ἀπίων θηβαικῶν, ἢ κυδανίων μήλων, ἢ κιχωρίας, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ κηκίδων ἰλοκλήρων, αἱ πινες μὲν τὴν ἐψησιν ῥίπτονται, ἢ ῥόος ἔστι τὰ ὄξια. δεῖ δὲ τὸ ὄξος Ἰπτιμελῶς συγκαθεψεῖν αὐτῷ. *Vim habet adstringendi. quâ de causâ album cohibet si detracto prius cortice accuratè coquatur, aqua primâ inter coquendum effusâ. melius autem contrâ fluxiones alvi suo surgetur munere, addito cum aceto intybo,*

intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut myrti baccis, ^{cc}
 aut punici tegmine, aut rosis siccis, aut mespilis, sorbisve ^{cc}
 Thebaicis, aut malis cotoneis, aut cichorio, aut planta- ^{cc}
 gine, aut gallis integris, quæ post cocturam abjiciuntur, ^{cc}
 aut denique rhoe qui absonijs aspergitur. Verum cura ea ^{cc}
 diligenter aceto percoqui debet. ^{cc}

^c Vitis viniferæ folia innuit, ut quibus refri-
 gandi adstringendiq̄ue vis. Vide Dioscori-
 dem Cap: 1. lib: 5.

^d Si nimirum ob catharri defluxum in col-
 lo scirroſæ apparuerint glandulæ. nam paulo
 ante dixit malum esse si in cervicibus glandu-
 læ oriantur; quam mobilem existere, boni si-
 gni loco in sequentibus habet.

^e Ceratum cui ab iride nomen. Ejus de-
 scriptionem conficiendiq̄ue modum tradit
 Dioscorides Cap: 55. lib: 1.

*At si parum ^a pura membrana videbitur, par
 modus ^b ejus emplastri & mellis miscendus erit, idq̄;
 super infundendum; ejusque continendi causâ unum
 aut ^c alterum linamentum injiciendum, & super lin-
 teolo cui emplastrum illitum ^d sit contegendum. Ubi
 plus pura membrana est, eadem ratione adjiciendum
 emplastro ^e ceratum, ut carnem producat.*

^a Si sordes lentæ ac tenaces ei adhæ-
 reant.

D d d ij

^b Empla-

^b Emplastri descripti; cui mel, utpote abstergendi vi pollens, additur.

^c Bene dicit, unum aut alterum linamentum. tacite innuens, ab emplastris crassis, plagularum, fasciarumque copia in capitis vulneribus abstinendum; uti idipsum monet lib: de Cap: Vulner: Hippocrates.

^d Puto commodiorem fore sensum si legamus: *& super linteolo cui emplastrum illitum, sic contegendum.*

^e Ceratum inquit, quodnam? quid si legamus *farcoticum*? Porro Galenus 2. *κασ' τοσ'*. Cap. 1. contra Archigenem disputat contendentem, solutam membranam glutinantibus curari posse. negat Galenus, & farcotici loco ibidem commendat medicamentum ex succo calaminthæ & farina milij.

Quod ad abstinentiam verò, & primos ulterioresque cibos potionesque pertinet, eadem que in vulneribus præcepi, servanda sunt: eò magis quo periculosius hæc pars afficitur. Quin etiam cum jam non solum ^a sustineri, sed ali hos quoque apparebit, tamen erunt vitanda quæcunque ^b mandenda sunt, item fumus & quidquid excitat ^c sternutamentum.

Postquam, inquit, officio suo chirurgus satisfecerit, non debet partibus suis deesse medi-

médicus, verum ea præscribere quæ totius corporis habeant rationem, nimirum quoad ægri nutritionem, cibum, potum, aërem, reliquaque. Author eadem hic commendat quæ vulneribus curandis in genere præscripsit. locus est parte 23. Cap: 26. lib: 5. sic inquit: *His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus est; isque, si grave vulnus est, abstinere quantum vires patiuntur, ante inflammationem à cibo debet: bibere donec sitim finiat, aquam calidam, vel si æstas est, neque febris neque dolor est, etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum est. Sed semper pro viribus corporis æstimandum, ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit, tenuem scilicet & exiguum qui tantum sustineat. multiq; etiam ex profluvio sanguinis intermorientes, ante ullam curationem vino reficiendi sunt, quod alioqui inimicissimum vulnere est. locus egregius, quem utinam sæpe inspicerent nonnulli.*

Quam eleganter inter sustineri & ali, tam hic quàm citato loco distinguit Author. Morborum acutorum initijs quum humorum plena sunt corpora, aut etiam instante periodicorum morborum paroxysmo, ne à pepasmo ad pepsin avocetur natura, tenui parcoque utendum victu, qui tantum vires in suâ

in suâ fervet integritate, sustineatque. ubi acumen desijt, jamque ad se rediens natura vires suas exserit, non solum sustentandum, verum nutriendum insuper.

^b Hoc est dura, quæque dentibus frangi debent, & in quibus masticatione opus. in illis namque quum operosius agat petroso ossi juncta maxilla, laboret tam membrana quam ipsum cranium necesse est.

^c Sternutando namque magna fit capitis concussio, commotioque, quæ læsis partibus inimica.

Spem verò certam faciunt, membrana ^a mobilis ac sui coloris, caro increscens rubicunda, ^b facilis motus maxillæ atque cervicis. Mala signa sunt membrana ^c immobilis, ^d nigra, vel livida, vel aliter coloris corrupti, ^e dementia, acris vomitus, nervorum vel resolutio vel distentio, caro livida, maxillarum rigor, atque cervicis. Cetera quæ ad somnum, cibi desiderium, febrem, puris colorem attinent, eadem quæ in g ceteris vulneribus, vel salutaria vel mortifera sunt.

Hæc prognosin spectant.

^a Quæ liberè solitoque se movet more, nec tumore, nec facultatis motricis imbecillitate impedita.

^b Significatur enim, nec maxillæ cum petroso articulationem, nec colli glandulas

mūsculosq; à catarrho infestari.

^c Aut quòd nimium se sustulerit, emineat-
que suprà oras foraminis modiolò facti: aut,
quia prostrata est mobilis facultas.

^d Hæc res non absque summo conjuncta
est discrimine. Vigo tali casu alteratum lo-
cum abluit aquâ vitæ, cui succum absinthij,
mel rosaceum, ægyptiacum, farcocollam,
myrrhâ, aloen miscet. Hæc simul incoquit vi-
no generoso. Etenim efficaci remedio opus.

^e Delirium, tracto in consensum cerebro.

^f Animalī facultate munere suo nō fungēte

^g Vide Authoris Cap: lib: 5. 26. part: 18. & 23.

*Vbi bene res cedit, incipit ab ipsa membranâ, vel
si os eo loco duplex est, inde quoque caro increfcere,
eaq̄ne id quod inter ossa vacuum est, replet, non-
nunquam etiam supra calvariā excrescit. Quod si
incidit, inspergenda squamma æris est, ut id repri-
mat, cohibeatq̄ne, ea carni superdando, quæ ad a cicat-
ricem perducant.*

Symptomatis sedatis, naturaliq̄ne labo-
rantis partis facultate recreata, prima naturæ
cura est, novæ carnis productio. affluens
enim sanguis, in ichorem, aut pus quem ha-
ctenus, nunc in plurimum convertere san-
guinem incipit natura, ex eoq̄ne laudabilem
producere carnem, qua hiaturas tam mem-

branæ quàm ofsis paulatim tegit. Evenitque non raro, recreata uti partis facultas adeo luxuriet, plus uti carnis quàm requiratur producat. illam excreſcentem caſtigari jubet.

ἰνὸνὼννα græcis dicta; uti cadmia, ſpodium, balauſtium ſimiliaque.

Omnibus ea locis commodè inducitur, exceptâ frontis eâ parte, quæ paulum ſuper id eſt, quod inter ſupercilia eſt. Ibi enim vix fieri poteſt, ut non per omnem ætatem ſit exulceratio, quæ linteolo medicamentum habente contegenda ſit.

Elegans, veraque; Celſi obſervatio in vulnibus eo incidentibus loco ubi cavitatis ofsis frontis eſt, ad narium radicem, in quâ aeris cerebrum petentis fit præparatio. is namque locus nihil medullæ quum contineat, neque etiam calli in ſe habet materiam. Locum hunc picturâ expreſſimus, noſtri de Oſſib. Tractatus Cap. 7. partis prioris, ubi idem ex neoteriſicis, noſtraque monuimus obſervatione.

Illæ utique capite fracto ſeruanda ſunt, ut donec iam valida cicatrix erit ſoluenda, vitentur frequens a balneo, major vini modus.

a Eaque in genere, quæ corpus accendendo humores exagitant fluxilesque reddunt.

F I N I S.

PETRI SCRIVERII
Phalæcus,

In Theatrum Anatomicum,
quod est Lugduni in Batavis,
secante & perorante

V. C. PETRO PAVIO, MED.
Botanico & Anatomico præstan-
tissimo.

Quo tam densa cohors Apollinaris
Hinc vulgum cubitis & inde trudens,
Quo frequentia tanta, quo virorum,
Quo manus juvenum, Viator heres,
Mirariisque suum perire nomen
Lugdunensibus (insalens) plateis,
Calcem calce premente. Quid futurum
Ad Vestæ (siquidem huc vocantur omnes)
Speras, mirio? Non tumore tanto,
Non tanto agmine pulvis eruditus,
Aut Arithmetica triumphus artis,
Ipsi denique non libri petuntur.
Turbam Bibliotheca quum recuset,
Et Mathematicus procul repellat,
Credis forsitan hos, adire ludos,
Agyrtasve sequi crumenimulgos.
Fugit te ratio. nihil jocosum est.
Non Anglus sale pruriente tinctus,
Non Philistio, non gelasianus
Lacesit Sybariticos cachinnos:
Non mollis cytharædus, aut choraules:
Projecti neque sannio pudoris:
Non hic gesticator, histrio ve
Laudari cupit a loquente dextra.

**

Non

Non mechanicus exsiliis petauro.
 Non fracta vocat hos magister aure,
 Non minax gladiator, aut lanista.
 Extenti neque funis ambulator
 Tantos denique concitat tumultus.
 Quo sutor modo subula relicta,
 Quo lecti dominus pediculosi,
 Quo vicina tota, quoque tres sis
 Textor confluui hinc & inde fullo.

Non hac sordida turba faxque vulgi
 Ad Parvum stomachum facit: nec illos
 Tum stultos populos rudesque quarit,
 Illudat quibus auferatque mentem.
 Cordatos amat, expeitque ter sas
 Aureis, non modo Barbaras arorum
 Aut nostrorum hominum ferociorum
 Doctæ Parvius arbiter coronæ.

Quem pleno (puto) cernis in Theatro
 Tot cheirurgica vulnerariorum
 Ferramenta manu levi rotantem;
 Siphoneis, cyathosque, turbinata
 Specilla, & dipyrenæ, forcipisque,
 Volsellasque, spathasque, lingulasque.

Dum spectas sceletos, novaque larvas
 Mira arte ingenioque copulatas,
 Aptus articulisque vertebrisque,
 Et symplegmate mobileis aëno,
 Quid pedem retrahis, quid extimescis
 Cui Maneis videas, domumque Divi?

Hæc respublica, sed quieta, Parvum.
 Hic regnat Batavi decus Lycei,
 Regnandi vetus, & vetus docendi:
 In cuius Charites sedent labellis:
 Dexter cheironomus, volante cultro

Quo non aptius exta disseceres
 Aut scissor Latiaris, aut Pelasgus.
 Hic hic disce mori Viator, & te
 Nosse ante omnia, disce: disce, quid sis.
 Quam res lubrica vita tota nostra est!
 Quid speras homo vane, quidque spiras,
 Quidve altum sapi? ecce! qua Mephitæ,
 Et quo sis barathro ex olente natus,
 Hac partu mulier necata multo,
 Cujus Pavius intimos recessus
 Raro (Iupiter!) explicat lepore,
 Testis sat locuples. Quid! anne nescis
 Te cæco latitasse ventris antro
 Novem mensibus, abditum inter alvi
 Urinas forasque feculentas?
 Ut ut riserit & tua parenti
 Ilihya favens, deique Nixi;
 Ut te sustulerit Levana terris,
 Admoritque forventibus papillis;
 Flebis quantus eris; miselle flebis.
 Fletus auspicium, tenorque vita,
 Fletus finis erit, graviisque somnus.
 I nunc tolle animos, inanibusque
 Plenus spebus in ambitu senesce:
 Fasces, prædia, regna concupisce,
 Ipsi regibus invide curuleis:
 Postquam hæc omnia feceris, relinques
 Fasces, prædia, regna; nilque, præter
 Urnam & marmora pauca, te sequetur.
 Quod si dissimulas, agisque mimum,
 Quod si a pyxide capsulaque pendes,
 Et tinctis senum regis capillis,
 Ne te fallere posse crede mortem;
 Per mendacia mille, mille fraudeis

* * ij

H.c.c

Hac te profubiget, tuoque demet
 Personam capiti, nihilque fies
 Qui copmtis modo crinibus nitebas.
 Hei! quam gaudia vana, quam caduca!
 Hei! quam solstitialis herba, vita est!
 Quid multis moror? astide Viator.
 Prisca & pluria doctus ille Varro
 Noster Scaliger hic sedendo discit.
 Discit Doufiadesque, Lipsiusque.
 Quos hic ad podium vides. Sed illis
 Coniunctos alijs vides Viator:
 Heroës, puta, gentium minorum
 Permixtos populis, nec exprobratur,
 Aut res invidia est calumnieve,
 Si fors hic aquilasque noctuasque
 Iungat linea, namque disputare
 De loco, aut trepidare, inusitatum est.
 Nempe his delicijs inceptijsque
 Se viles anima in scholis fatigant.
 Pavi (credite posteri) Theatrum
 Aequaleis facit accipitve cunctos.
 Tu quem perculit ista vox Theatri,
 Et frontem caperas, trahisque vultum,
 An me prisca loqui Theatra censes?
 Non hac cura tuum coquit poëtam.
 Non in supplicijs mihi voluptas.
 Non in sanguine cadibusque vivo.
 O Vrbs grata, mihi que amata multum,
 Et septemgemino superba colle,
 Non istam tibi noxiam remitto.
 Nec laudem pietatis hinc feretis
 Vos, o Iuniada, quod edidistis
 Primi munera civibus Latinis:
 Et quamquam inferias patri dedistis,

Detestor

Detestor scelus exsecroque tantum.
Quid Bruto Stygia palude merso,
Et pallentibus addito cateruis
Prodest hac laniena funeralis?
Quae solatza manibus sepultis
Fuso e sanguine, quae (pudor!) voluptas?
Annum lugeat Vrbs suum parentem,
In pulla sedeat toga senatus,
Matronaeque puellulaeque casta
Lestis pectora nanisque rumpant,
Vient omnia laeta, publicoque
Vacent iustitio: focum perennem
Ne curet populus: satis superque est.
Quid sicis gladiosque ventilatis?
Vestrum hoc, Iuniada, probare factum
Vix Scythae poterunt, vagique Moschi.
Ne me haec munera cruda, ne cruenta
Arena, caveaeque saevientis,
Ne diras sine missione pugnas,
Ne Threces proprio cruore mersos,
Aut spectacula bustuariorum,
Saturno (puta) sacra, sacra Marti,
Vnco & ignibus expianda multis,
(Quae Caesar veniit, bonusque censor
Cum damno pietatis esse dixit)
Hic laudare putēs. Silete natae,
Non spectacula fructuosiora
Promisit populo diditve quisquam.
Non Neptunus in his Venusve sacris
Quicquam vindicat, Herculesve: nullas
Summano locus est. Hygeia Pallas
Hac uni sibi tota consecravit.
Quid thearrica, Roma, vis videri?
Albis gratia nulla nunc lacernis,

** iij

Nativo

Nativo, puta, flore destitutis:
Vestis sanguine Roma decoloris,
Et rubentia munerariorum
(Saturno licet invidente) pone
Pone pallia: coccinata non sunt,
Non e murice latiore fulgent.
Pone lurida, pone barbararum
Certa hæc symbola viscerationum.
Illa illa edita pluribus theatris
Sunt spectacula mortis, hæc salutis.

In librum Hippocratis
DE VVNERIBVS CAPITIS

a CL. Medico D. PETRO PAVIO

explicatum & emendatius editum.

Hippocrates Capitis dum tantum vulnera mon-
strat,
Haud ullis ante prodita temporibus,
Rettulit insignem medico de munere laudem,
Et volitat latè docta per ora virum.
Pavio Hippocratis Cõi dum vulnera sanat,
Et facit integrum seruet ut ille Caput,
Quid referet? saltem grates persolve, tuum qui
Et caput, & magnum diligis Hippocratem.

P. BERTIVS.

AD

AD PETRUM PAVI,
Virum & arte & facundiâ insignem,
publicantem
Commentarios Anatomicos
DE VULNERIBVS CAPITIS.

Apud Hippocratem & Celsum, Medd.

OMNIA qui nobis Naturæ arcana recludis,
Cui Medicina triplex, totaque Flora patet.
Quid Pavî ! credisne satis, sic Ossa dedisse?
Et mensæ sceletos imposuisse tuos?
Ecce, aliam poscit conviva famelicus offam.
Crede mihi, non est ossibus ille satur.
Non hic, quod medici suadent, tua mellea Peitho
Præsidium in longa dixerit esse fame.
Non satis est, epulas dives si prodat elenchus.
Ne torquere mora, nos titulisque velis.
Non tu pollicitis felix, celeberrime Pavî,
Re præstare potes. Hoc age, pande fores.
Pande sinus, forulosque omnes; age, scrinia pande:
Nullaque divitias strangulet arca tuas.
Non bene promittis mox eruptura sub auras,
Si tibi stat, longa nos cruciare mora.
Hoc age. latranti stomacho tua fercula mitte:
Sitque, quod a gustu laeta palata juvet.
Primitiæ placuere tuæ: mensasque secundas
(Ne dubita) grato quilibet ore leget.

Quid

Quid premis ulterius jam nonum pressa per annum?
 Non bene te Flacci iudicet urna reum.
 Quid quod quum summâ sint rupta silentia laudè,
 Fractaque lex tristis, propositumque tuum:
 Gloriaque illustri te tollat in aethera curru,
 Dedecus est, cœptam deseruisse viam.
 Sed quid ego hic presso? ruit ipse citatior Euro
 Pavius, admisso non superandus equo.
 Non opus, ut subidas hic calcar, Musa; quiesce,
 Teque supervacuis subtrahè Diva choris.
 Ore fave potius: silet ipse intonsus Apollo,
 Nec quatit Aoniam (quod solet ante) chelyn.
 Ad meliora venit: Coos audire lepôres
 Est operæpretium, diaque verba senis:
 Paviaque ut virtus obscuris scæneret umbris
 Lumina sidereo splendidiora Deo:
 Hippocratemque suum, Celso prope celsior ipso,
 Romano jubeat tersius ore loqui.
 Vulnera quis capitis sanabit doctius illo?
 Prodyt auspicio quis meliore liber?
 Pavius hic mendas quas longa affuderat etas,
 Aut sciolas possent que decuisse manus,
 (Namque ea barbaries vulgaria pectora cepit,
 Ut noceant tactu commaculent que suo)
 Delet; & a medicis quæcunque inflicta fuerunt
 Vulnera, Pæoniâ singula tollit ope.

Sic

Sic fuit auxilio tibi Telephe Pelias hasta:
Vna manus vulnus fecit, opemque tulit.

Nempe* Virago potens, cerebro quæ nata Tonantis,
O Pavi studijs semper amica tuis.

Felix sorte tua, cui tanti Numinis usus
Contigit, & tota mente fovere Deam!

Non secus ad Troiam Diomedis profuit olim,
Et nebulas celeri iussit abire fuga.

Sic Dominus glaucæ comitatu sisus Athenæ
Flavius, Ausonio magnus in orbe fuit.

Ipsa manu fovit lethalia vulnere Pallas,
Natalem nequiens dememinisse locum.

E capite orta caput si noxâ liberat omni,
Ingratam, Lector, parce vocare Deam.

P. SCRIVERIVS ἐγραΐσαζ

Anno c̄l̄o l̄o cxvi.

ALTERVM.

Ἄλλοις τ' ἄλλα μέμλε, σοὶ ἡ κεφαλὴ πᾶσα.

Ἰντρῶν πάντων ἐσὶ γὰρ ἡ κεφαλὴ.

IN

* Minerva
inter alia
cognomen
ὕψελος ad-
hæsit. cuius
ara apud A-
charenfes
Atticæ po-
pulos. Author
Pausanias in
Atticis.

IN
SVCCENTVRIATVM ANATOMICVM

Clarissimi Viri

D. D. PETRI PAAWII Anatomæ, Botanicæ & Medicinæ in Acad: Lugd: Batava
Professoris celeberrimi.

Hippocratis ratio recta & genuina medendi
Vulneribus capitis, quæ sædè oppressa iaceret,
Atque illam in nullis ægris tentare solerent
Chirurgi, ac casu multis ex millibus uni
(Ipsa salus quem forte suo complexa favore est)
Interdum adferrent ægro non arte medelam,
PAAWIUS intrepide chirurgos tendere contra
Ausus erat, certamque viam quam insistere debent,
Et quam nature genius calcaverat olim
Hippocrates, paucisque exceptis, tota vetustas,
Monstrabat digito, quæ nunc ut clarior exstet,
Hippocratis Celsique locos qui hæc vulnera tractant,
In lucem profert atque illis lampada præfert:
Et simul è tenebris in dias luminis oras
Sanandi quæ sit ratio, quæ sit via promit
Vel deploratos vulgus quos censuit ægros.
Macte hac arte tuâ PAAWI, quæ si modo cunctis
Obvia chirurgis passim medicisque fuisset,
Non paucos quos terra tegit (proh Iupiter) æquis
Aspiceret Phæbus, vitæque hæc pasceret aura.

Nec

Nec dubium prorsus, quin quisquis legerit hæcç,
Cui meliore luto finxit præcordia Titan,
Lectõr, utroque tuum laudabit pollice scriptum.
At fortasse aliquis si terra filius illud
Arrodât, mentemque gerens linguamque malignam;
Ne moveare, solet magnis virtutibus esse
Excelsisque comes livor, sublimia querit;
Non humiles habitare casas consuevit & antra.
Tu chirurgæ autem, capitis cui vulnèra cure,
Disce viam monitus, ne decipiaris eadem
Decepti qua non pauci ratione fuerunt.

Henricus Florentius,

MED. DOCTOR.

ODE

In Commentaria

Clarissimi Viri

D. D. PETRI PAAWI Anatomici & Bo-
tanici celeberrimi; MED. Professoris
in Acad: Lugd: Bat: primarij

IN

HIPPOCRATIS librum de Vulneribus Capitis
& priora IV. lib: VIII. CELSI capita.

Quod Castor aut Pollux dubiâ viâ
Est naviganti per rabidum mare,

*** ij

Quod

Quod Phœbus est cæcutienti,
In tenebris, pede turbulento
In saxa, terram, quælibet obvia,
Dum nescit in quodnam potius latus
Inclinat, huc illucve tutò,
Per loca lubrica procedenti,
Quod fidus est errantibus exteris
Ductor viarum, qui varias eis
Præmonstrat ambages, docetque
Difficiles superare tractus,
Tanti colendus numinis instar est
Nulli secundus P A A W I V S, optimo
Quem jure quisquam nostra dicat
Sydera Tyndaridum gemella;
Quem jure Phœbum Batavica Scholæ,
Astrumve splendens, luciferum vocet,
Et quem quis optet per salebras
Præcipites comitem æviternum.
Tam perspicaci mentis acumine
Tamque expetitis diu rationibus
Et tam disertâ ac eloquenti
Mellifluâ, nitidaque linguâ,
Oraculorum, quæ venerabile
Illud Deorum fallere nescium
Fallique, par, nobis reliquit,
Congeriem nimis involutam.

Planè

Planè resolvit, discutit, explicat,
Densasque pellens, per radios sui
Splendoris, umbras, veritatem
Eruit è tenebris opacis.

Vt si quid impurus Pheneus tulit
Serâ dolorum nocte bibentibus
Hoc omne pellat noster ille

P A A W I V S exiens Apollo.

At quos honores, qualia præmia
Excogitabit posteritas tuæ

Condignæ virtuti? petisne
Marmoreas statuas, coronas,

Fastigiatas pyramides, tibi
Aras dicatas, templaque? Nil minus

Hæc cuncta spernis, nempe **VIRTUS**

IPSA SIBI PRETIUM TIBIQUE EST.

GVLIELMVS STRATENVS

Med: Doctor.

*** iij

PRO-

PROSOPOPOEIA

Libri Hippocratici

DE VVNERIBVS CAPITIS.

restaurati ac renovati

A

*Celeberrimi nominis
& gravissima Autoritatis medico*

D. D. PETRO PAAWIO

in percelebri Academia Lugdunenſi
Med: Doctorem primario.

Hætenus Hippocratis liber atro vulnere fœdus
Ulcerâ mēbrorum scabie putrefactâ trahēbā,
Diversisq̄ue locis caries mea roserat ossa.
Hinc est quod Varius Varijs in tractibus errans
Vix quoque notus eram medicis, clamantibus immo
Multis, hic niger est, hunc tu chirurge caveto.
Ast alij contrâ, tanquam præcepta tenentem
Multâ, quibus poteram chirurgis utilis esse
Me sunt complexi, quamvis crudeliter ora
Dilacerum, medicasq̄ue manus adhibere conati
Sunt, ut dilapsas vires in pristina ferrent.
Sed frustrâ. Frustrâ miser heu medicabar, eramq̄ue
Ense recidendus, ne pars syncera periret.
Ni tandem batavas essem delatus in oras,
Alter ubi nostri tandem est miseratus Apollo
PAAWIVS, inventum cuius sublime theatrum
Antomicum est, Hortiq̄ue opifex o Leyda per orbem

Dicitur esse tui famâ super æthera noti.
 Hunc itaque inveni dudum quem quero. Vel hic est,
 Vel nemo, qui me posset relevare, measque
 Vires, nam PAWIO seris venit usus ab annis,
 Scitque potestates herbarum usumque medendi.
 Hic est qui sanat mea vulnera, fœdaque curat
 Ulcera, & impurâ scabie putrescêta medetur
 Membra, ac egregiè nunc ossibus ossa reponit.
 Ipsemet ut posthac ægri mala vulnera curem
 Chirurghi dextrâ, lethaliaque ulcera sanem,
 Et male posta suis nunc ossibus ossa reponam.
 Ergo vos docti Medici pariterque periti
 Chirurghi, integrum me consulitote, manuque
 Nocturnâ versate, manu versate diurnâ.
 Vos etiam imberbes pueri, juvenesque senesque
 Vulnere fœdati, ne desperate medelam.
 Sed petite instructum medicum imbutumve mea arte
 Chirurgum, qui vos duce me relevare valebunt.
 Interea dignas PAWIO persolvite grates
 Et non immemori de pectore promite laudes.
 Quamvis ipsius nunquam par fama labori
 Responsura fiet, nec inani laude feratur.

Præceptori suo de se studiisque suis quàm
optimè merenti

L. M. Q. P.

IOANNES FOSSIVS

Leovardiensis Frisius.

Er-

Errata typographica corrigenda.

P 15 7 lin 5 *δουδεν*. lege *δουδεν* ibid 16 *δουδεν*, lege *δουδεν* ibid *ραφαι* lege *ραφαι*. pag 8
 23 qua lege qua. p 19 l 23 *δδ* lege *δδ* p 21 l 18 *αεβολη* lege *αεβολη* ibid l
 19 *σφουγγαρι* lege *σφουγγαρι* ibid l ultim: *μηκ* lege *μηκ* p 26 l 4 *ζεαιμεαν*.
 lege *ζεαιμεαν* ibid. in margine *ζεαιμεαν* lege *ζεαιμεαν*. p 30 l 22 *μεσην* lege *μεσην*.
 p 31 l 12 *lecoris* lege *lecoris*. p 32 l 4 *διπλων*. leg. *διπλων*. p 33 ad figuram;
 Tabulæ, lege Tabulæ. p 37 l 14 *σφουγγαρι* lege *σφουγγαρι* ibid. lin 20 *fau-*
cturis. lege *facturis* ibid l 21 *επιπαιον* lege, *επιπαιον* p 38 l penultim: *ομοι* lege
ομοιον p 43 pluribus locis aut omiffa aut transposita sunt commata. p 44 l 9 *causa*
lege causa p 57 l 1 post, *videre*, addatur est. p 64 l 7 *infalici*. lege *infalici*. p 70
 l 3 *Dedolotiane*. lege, *Dedolotiane*. p 74 l 14 *fit* lege *fit*. ibidem lin. 21 *ππε*
 lege *ππ*. p 75 in punctis & commatis pluries erratum. p 76 l 6. post, *vocat*; pu-
 ctum, . ibid. *quatuor* lege *Quatuor*. p 78 l 8 *simorum* lege *simorum*. p 82 l 6.
Unum lege *unum*. præmitte comma. p 90 l 19 *impediat*. lege *impediat*. ibid *dele*,
neccesse est. p 94 l antepenultima V reponere A. P. 100 l 23 illo lege illa. P 107
 l antepenultim: *ex lege ca.* p. 109 l 18 illi lege illa. p 110 l 13 *inferciatur* lege
inferciatur. p 111 l 4 *επιπαιον* lege *επιπαιον*. P 113 l 10 *dele punctum* post, *fanc-*
scit. P 119 l 11 & 13 *erratum in vocula*, *durius*. P 122 l 20 *tentandæ* leg. *ten-*
anda. P 125 l antepenultim: *qua lege quam*. P 127 l 10 *eandem* lege *eandem*
rem. P 128 l 3 *ημεν* lege *ημεν*. ibid l penultim *difficilis* lege *difficilis*. P 129
 l 17 post *ψιλον* punctum. P 130 l 5 *Fieni* lege *Fieni*. ibid l penultim *emisso* lege
immissio. P 131 l 3 *Nno* lege *Non*. P 132 l penultim: post *παισιθαι* comma. P.
 133 l 18 *obscureatio* lege *per x*. P 134 l 11 *similibusq.* ibid l 20 *αα* lege *αα*. P
 136 l vltim: *σκληροτατον* lege *σκληροτατον*. P 138 l 8 post *ηστων* adde *η*. ibid l *ε-*
quent: *dele η*. P 143 l 4 *σφουγγαρι* lege *σφουγγαρι*. P 144 l 18 *ungula*
lege angulosa. P 146 l 11 post locum, duo puncta. P 148 l 15 post *corpore*, adde
ac. P 169 l 11 *ηε* lege *ηε*. p 170 l 18 *possint* lege *possint*. P 179 l 3 post,
cogitavit nota interrogationis ? ibid l 14 *quam* *quam*. p 181 l 18 *ημεν* lege
ημεν. P 189 l 6 *alloqui* lege *alloqui* eadem *apparentia*, *apparentia*. P 192 l 4
καλαπυτον *μελαπυτον*. P 194 l 9 *insinuat* *insinuat*. p 196 l 1 & 2 *characteres*
locum *mutaverunt*. P 199 l 17 *σφουγγαρι* lege *σφουγγαρι* adde *η*. P 236 l 4 *trans*
positi *sunt* *characteres*. P 240 l 3 *dele tum*, ibid l 12 *cylifco* lege *cylifco*. ibid
 l 17 *επιπαιον* lege *επιπαιον* ibid leg: l post *ημ*, comma ibid l 21 *η*. P 245 l 18
 post *ημεν*, punctum. l 19 *σημε* ib. l 20 & sequentibus quoties *vox* *μηνη* *za*
 occurrit, lege *μηνη* *za*. P 246 l 2 *ηδη* *ηδη* l 3 *εαν*, *εαν*. P 249 in margine: *uti*
inerte nonnulli. ibid l 9 ipso lege ipse. P 262 l 5 post *redditur*, punctum. P 264
 l 12 *πεπλησθη* lege *πεπλησθη*.

Ad celsum.

PAG. 10 l 4 *feminis* lege *fœminis*. P 16 l 3 *continenter* *continenter*. p 17 l 5
hi lege, *ibi*. ibid l 7 *ceiebrum*. p 20 l. antepen, *tendenibus* *tendinibus*. p 22 l 4
mandando *mandando*. p 25 l 15 *dicatorum* *dicatorum*. p 27 l 9 *ntroque* *vetroque*.
 P 28 l 7 post *molares* comma *dele* post, *ast*. P 31 l vltim: lege *teretes*. P 32 l 4
deducuntur, *deducuntur*. P 33 l vltim: *desinentes*, lege, *desidente*. P 40 *lin*, vltim
delineabat *delineabit*. P 45 l 9. 10 lege: *scaphulas* namque non. P 48 l 6 *veno*
vero. P 51 l 19 *leviter* lege *lemiter*. p 65 l 18 *ζεαιμεαν* lege *ζεαιμεαν*. P 74 l 16
usa lege *vsam*. P 103 l 17 *alia* lege *altera*. P 104 post *vocalam* *inibi*, *inices*
sepe *quidem*. P 119 l. 1. *quia* *lege* *qua*.